[illegible]

quale[illegible]

auctor

Berlin 25/III 16

auctor

Berlin 25/II 1

Wissenschaftliche Beilage zum Jahresbericht des Friedrichs-Werderschen Gymnasiums zu Berlin. Ostern 1896.

# Anecdota Cantabrigiensia

edidit et commentatus est

**Eugenius Oder.**

Pars prima.

Berlin 1896.
R. Gaertners Verlagsbuchhandlung
Hermann Heyfelder.

**1896. Programm Nr. 54.**

De Hippiatricorum codice Cantabrigiensi nuper accuratius disserui in museo Rhenano vol. 51, 52 sq. Nunc quandoquidem exoptata mihi offertur occasio aliquid publicandi, me nihil melius facere posse arbitror quam singularis illius libri manu scripti capita nonnulla adhuc ignota in lucem edere et enarrare.

Commentationum, quae more venerabili programmatis scholasticis praemittuntur, sane hoc fatum esse solet, ut a nullo fere legantur; neque id mirum ea aetate, qua homines haud infimi ordinis philologos rident nasoque adunco suspendunt, quod isti mente capti caenum praeteritorum saeculorum effodere studeant. 'Apage istos *γωνιοβόμβυκας* et *μονοσυλλάβους* grammaticos, quorum putida et inepta disciplina recentes puerulorum animi obtundantur!'

At impense vereor, ne etiam collegae humanissimi litteris haud mediocriter tincti, qui in copias summorum scriptorum antiquorum se ingurgitaverunt, mirabundi interrogent, num operae pretium sit talia anecdota, membra vilissimi corporis disiecta, e codicum latebris protrahere. Quibus respondeo memoriam disciplinae instaurandam esse, quae tam mirum in modum apud Graecos Romanosque floruit, ut vel hodie eam viri artis veterinariae peritissimi summis laudibus dignam esse censeant. Philologorum vero quis scit nobis reliquias librorum quinquaginta fere mulomedicorum servatas esse? Quae si in unum corpus coacta erunt, cognoscetur, quid inde ad historiam disciplinarum naturalium et humani cultus redundet. Quis vero non gaudet, quantum his proximis annis nostrates — inter quos honoris causa nomino Dielesium virum summum et Maximilianum Wellmannum — praestiterint ad historiam medicinae Graecorum melius explanandam? Et 'mulomedicinae doctrina', inquit Vegetius praef. 6, 'ab arte medicinae non adeo multis discrepat, sed in plerisque consentit': idem multis saeculis ante Aristoteles h. a. 8, 24 p. 604 b, 25 *ὅλως δέ φασιν οἱ ἔμπειροι, σχεδὸν ὅσαπερ ἀρρωστεῖ ἄνθρωπος ἀρρωστήματα, καὶ ἵππον ἀρρωστεῖν καὶ πρόβατον*[1]): vel ob hanc causam ergo praecepta veterinaria non indigna sunt, quae cognoscantur, id quod etiam egregia Pelagonii editione ab Ihmio ante quattuor annos emissa demonstratur.

Atque cum propter bonae papyri penuriam fieri non possit, ut hic omnia capita Cantabrigiensia inedita plus quadringenta aut pleraque proponam, selegi octo ea capita, quae in primis codicis foliis leguntur (cf. M. Rh. ll. 5), quae, cum non ad sanitatem sed ad educationem et formam equorum pertineant, ab eclogis vere hippiatricis merito seiuncta sunt. Etenim digna

[1]) Cf. Plin. n. h. VIII 166.

sunt, quae accuratius examinentur, non quo quid plane novi afferant, sed quia demonstrari potest ea septem ex eodem fonte hausta esse, ex quo Geoponica, Hippiatrica, scriptores Romani sua de ista re prompserunt. Ni fallor, inde etiam discimus, quo vinculo omnes illi inter sese coniuncti et quanti Varronis de re rustica libri aestimandi sint. Fragmentum autem octavum quamquam iam alibi traditum est, segregare nolui: unde quid utilitatis redundet, infra videbis. Ubi anecdotorum contextus a me constitutus discrepat a codice, lectionem traditam annotavi, nisi quod accentus spiritus tales res minutissimas tacite plerumque correxi. Voces quae alibi non legi videantur, asterisco insignivi, locos adhuc corruptos cruce.

## I.

### C p. 1. *Ἀρετῆς ἵππου πρόγνωσις ἐκ πώλου.*

*Ἡ τοῦ ἵππου ἀρετὴ ἐκ πρώτης ὑποφαίνεται τῆς ἡλικίας — παρατηρητέον οὖν καὶ παρακολουθητέον αὐτοῦ τῇ φύσει ὄντος ἔτι πώλου — ὅταν σπουδάζῃ τῶν συννόμων πώλων τὰ πρῶτα φέρεσθαι· ἁμιλλῶνται γὰρ πρὸς ἀλλήλους καὶ διασκιρτῶσι καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ προτρέχουσι προεμβαίνοντες καὶ μὴ ἀναμένοντες τὰς μητέρας ὑπὸ δειλίας τῆς περὶ τὸ ὕδωρ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ σκιᾶς.*

Quibuscum velim haec compares:

Geop. XVI, 1, 8. *Τὸν δε πῶλον τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν διαγνωσόμεθα οὕτως ἀπὸ τῶν ψυχικῶν καὶ σωματικῶν ἀρετῶν· οἷον ἀπὸ μὲν τοῦ σώματος* (secuntur quae infra ad frg. 6 allata sunt) .... (§ 10) *ἀπὸ δὲ τῶν ψυχικῶν οὕτω δοκιμάζεται, ἐὰν μὴ ᾖ ἐπτοημένος μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰφνιδίως φαινομένων ἐκταραττόμενος, ἔν τε τῷ συναγελασμῷ τῶν πώλων φιλόπρωτος, οὐκ εἴκων, ἀλλ' ἐξωθῶν τὸν πλησίον, ἐν δὲ τοῖς ποταμοῖς καὶ λίμναις οὐκ ἀναμένων ἕτερον προεμβαίνειν, αὐτὸς δὲ ἀκαταπλήκτως τοῦτο πρῶτος ποιῶν.*

C p. 7 (cf. infra frg. 6 ad finem). (sc. *ἵππον φαμὲν ἀγαθὸν*) *ἑστάναι μὴ ἀνεχόμενον, ἀλλὰ τὴν γῆν κροτοῦντα καὶ θέειν ἐπιθυμοῦντα, ψυχὴν ἀκατάπληκτον ἔχοντα, ὡς κτύπους τῶν ἐξαπίνης ζῴων ἐπιγινομένων ἤ τινων ἄλλων ἀήθων θεαμάτων μὴ ἐκταράττεσθαι, ἔμφρονα δὲ καὶ τόλμῃ ὑπείκοντα, φιλόπρωτον, συνεξεριστικόν, ποταμοὺς καὶ τάφρους εὐσκόπως διερχόμενον.*

Varro II 7, 6 ed. maior Keilii. Equi boni futuri signa, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo aliave qua re, quo potior sit; si, cum flumen travehundum est gregi, in primis progreditur ac non respectat alios.

Verg. Georg. III 75.

Continuo pecoris generosi pullus in arvis
Altius ingreditur et mollia crura reponit.
Primus et ire viam et fluvios tentare minaces
Audet et ignoto sese committere ponti
Nec vanos horret strepitus.

Columella VI 29, 1. Cum natus est pullus, confestim licet indolem aestimare, si hilaris, si intrepidus, si neque conspectu novaeque rei auditu terretur, si ante gregem procurrit, si lascivia et alacritate, interdum et cursu certans aequales exuperat, si fossam sine cunctatione transilit, pontem flumenque transcendit.

Inter se conveniunt auctores ita, ut uniuscuiusque quaedam propria sint. Quod etiam de Vergilio dicendum, qui neque hic neque alibi in tertio Georgicorum libro Varronis auctoritatem amplexus est — quod Reitzensteinius de script. r. r. lib. dep. 20 contendit — sed eundem atque Reatinus adiit scriptorem, cf. infra p. 20. Unde omnes hauserint, si interrogamus, reputandum est fontem Varrone antiquiorem esse debere. Quoniam autem Geoponicorum verba post *οἷον ἀπὸ μὲν τοῦ σώματος* posita, quae sunt de equi forma, cum allatis artissime coniunguntur, eandem doctrinam hic inveniri apparet, cf. frg. 6. Nescio vero an C initio nonnulla praeterierit, quae alii testes praebeant, praesertim cum sententia — quam parenthesi statuta

fulcire studui — mutilata esse videatur. Quis verba vetusti illius scriptoris compilatori Cantabrigiensi suppeditaverit, sciscitabimur postea.

## II.

**C** p. 1. *Ἵππου ὀχευτοῦ ἔκλεξις καὶ χρόνος τῆς ὀχείας.*

*Ὁ πρὸς τὴν ὀχείαν ἵππος ἐπιτήδειος ἔστω ἐπίδειξιν τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς ποιησάμενος νικητὴς πολέμων καὶ ἀγώνων καὶ τῶν λοιπῶν ἀγωνιῶν, τὸ δὲ εἶδος, οἷον προειρήκαμεν. πενταέτης δὴ οὗτος εἰς ὀχείαν παραλαμβανέσθω καὶ πανέσθω τῆς παιδοποιίας εἴσω δεκαπέντε ἐτῶν, ἔστωσαν δὲ καὶ αἱ φορβάδες τῶν αὐτῶν ἐτῶν. ἡ οὖν θήλεια ἵππος ἰσχνοτέρα ἔστω, ἵνα περὶ τὴν ὑποδοχὴν τοῦ σπέρματος ἐπιτηδειοτέρα ᾖ οὐκ ἐπειγομένων τῇ παχύτητι*
p. 2 *τῶν || σπερματικῶν ἀγγείων οὐδὲ πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ συλληφθέντος στενοχωρουμένου τοῦ πνεύματος. τοὺς δὲ ἄρρενας πρὸ διμήνου τῶν θηλειῶν χωριστέον, προδιαιτητέον δὲ πυροῖς καὶ ὀρόβοις ἐπ' ὀλίγον πεφωσμένοις καὶ σεμιδάλει ὕδατι δεδευμένῃ. σαρκοῦνται γὰρ τούτοις καὶ σφοδρότεροι πρὸς τὴν ὀχείαν γίνονται. καιρὸς δὲ ὁ τῆς ὀχείας [ὁ] ἀπὸ τῆς ἐννάτης καὶ εἰκοστῆς ἀπριλλίου† ...., ἵνα ὁ τοκετὸς γένηται περὶ τὴν εὐκαιροτάτην ὥραν τὴν ἔχουσαν χλόην, κύει μὲν γὰρ ἐν ια' μησί, τῷ ⟨δὲ⟩ δωδεκάτῳ τίκτει. ἀκατάμακτον δὲ καὶ ῥυπῶσαν τὴν ἵππον παραστατέον, ἐπὶ τὰς τοιαύτας γὰρ θᾶττον ἵεται ὁ ἵππος. Τινὲς δὲ ταῖς οἰκείαις χαίταις κοσμοῦσιν αὐτὰς προστιθέντες παρήϊά τε καὶ τῶν λοιπῶν ἵππων κόσμον, τό τε χρῶμα στιλβοῦντες οὐ*

*Ἀνατολίου περὶ ἡλικίας ἵππων τῶν πρὸς ὀχείαν ἐπιτηδείων* G[1]) p. 55.

*Ἐπιλεκτέον εὐγενεῖς ἵππους τούς τε ἄρρενας καὶ τὰς θηλείας, καθ' ὃν ἀναγραψόμεθα τρόπον* (corrige *χρόνον*). *ἔστω ὁ εἰς ὀχείαν παραλαμβανόμενος ἵππος πενταέτης. ὁ αὐτὸς δὲ χρόνος καὶ ἐπὶ τῶν θηλειῶν ὡρίσθω ....* (quae secuntur attuli infra p. 7).

(Aliter Geop. XVI 1, 1; Varro 2, 7, 1; Col. 6, 28: qui admissionem fieri iubent a tertio fere usque ad decimum annum. Cf. etiam Aristot. h. a. 6, 22; Plin. h. n. 8, 163.)

*..... δεῖ δὲ τοὺς ἄρρενας πρὸ πέντε μηνῶν χωρίζειν ἀπὸ τῶν θηλειῶν, προδιαιτᾶν δὲ αὐτοὺς σίτῳ καὶ ὀρόβῳ πεφρυγμένοις ἐπ' ὀλίγον καὶ σεμιδάλει ὕδατι βραχείσῃ ἀρκούντως. σφοδρότεροι γὰρ πρὸς τὴν ὀχείαν γίνονται. καιρὸς τῆς ὀχείας ἀπὸ ἐαρινῆς ἰσημερίας ἕως τροπῶν θερινῶν.*

(Cf. Geop. XVI 1, 3 *καιρὸς δὲ τοῦ βιβάζειν ἀπὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς, τουτέστιν ἀπὸ κβ' Μαρτίου ἕως κβ' Ἰουνίου, ἵνα ὁ τοκετὸς γένηται περὶ τὴν εὐκρατοτάτην τοῦ ἔτους ὥραν καὶ χλόην ἔχουσαν, φέρει γὰρ κατὰ γαστρὸς ἡ ἵππος μῆνας ια' καὶ ἡμέρας ι'.*)

*τὴν θήλειαν δὲ ἵππον ἰσχνὴν καὶ ῥυπῶσαν ὀχεύεσθαι παρορατέον* (legendum *παραστατέον*). *δοκεῖ γὰρ παρὰ τὰς τοιαύτας ὁ ἵππος*

---

1 *ὀχέτου* 6 *ἀγωνιῶν* iuxta *ἀγώνων* displicet 7 *δ'* 12 *οὐ πειλουμένων* 15 ex Anatolio *πενταμήνου* promendum est, $\bar{B}$ ex $\bar{E}$ corruptum 16 *προδιετητέον* 17 *πηροῖς* 18 *σεμίδαλιν* | *δεδευγμένην* 21 *ἀπριλλίου ἐὰν καὶ τὸ ἔτος*: quae corrupta esse ex locis comparatis efficitur 22 *εὐκαιροτάτην*: *εὐκρατοτάτην* Geop., quod melius est 23 *ἐνὶ πρῶ*$^{τ}$ (sic) 28 *προστεθέντες* | *τῶν λοιπῶν*: non sanum, cf. supra l. 5; malim *ἀγωνικῶν* vel *πολεμικῶν* quam *τὸν λοιπὸν* 29 *στίλβοντες*.

[1]) id est unicae quae extat hippiatricorum editionis a Grynaeo (G) curatae: 'Veterinariae medicinae libri duo .... graeca lingua primum in lucem editi' (sine editoris nomine), Basileae 1537 apud Joh. Valderum. Grynaei contextum foedissimis erroribus ubique scatentem, ubi fieri potuit, emendavi ex hippiatricorum codice longe optimo Berolinensi (B), Phillipps 1538 saec. X. Dolendum sane, quod ille interdum mancus est: desunt hoc loco G p. 55 l. 7—33: non restant ergo nisi decem extremae lineae capitis Anatoliani. Parisinus autem 2245, liber recentis aetatis, quem in omnibus lacunis codicis B adii, hic cum Grynaeo consentit.

*ταῖς ψήξεσι μόνον ἀλλὰ καὶ χρώματος ἐν-*
*τρίψει ἐπικοσμοῦσιν αὐτάς. ἄλλοι ζωγραφή-*
p. 3 *σαντες ἵππους εὐειδεστάτους περὶ τὸν* ‖ *καιρὸν*
*τῆς ὀχείας ταῖς φορβάσιν ἐπιδεικνύουσι πι-*
*στεύοντες ἀποτεχθήσεσθαι τούτους οἷουσπερ*
*ἡ εἰκὼν φέρει, ἄλλοι δὲ βιβάζοντες ἵππον*
*ἕτερον ἱστᾶσιν εὐπρεπῆ ἀντικρὺ τὸ πρόσωπον*
*κεκαλυμμένον, ἵν' ἐκείνου τὸ κάλλος εἰς τὴν*
*ἰδέαν ἐκτυπωθῇ τοῦ τεχθησομένου.*

*Εἰδέναι δὲ χρή, ὡς εὐγενὴς ἵππος οὔτε μητρὶ μίγνυται οὔτε ἀδελφῇ.*

*Θήλειαν δὲ ἡ φορβὰς συλλαμβάνει, ἐὰν πρὸς δύσιν ὀχευομένη βλέπῃ, ἄρρενα δέ ⟨ἐὰν⟩ πρὸς ἀνατολήν. ὅταν δ' ἀναβιβάζηται ἐπὶ τὴν ἵππον ὁ ἄρσην, κειρέσθω αὐτῆς τῶν οὐραίων τριχῶν τὸ λάσιον τὸ περὶ τὰ αἰδοῖα. εἰ δ' ἀπείργοιεν ἢ ἀφηνιάζοιεν πρὸς τὴν συνουσίαν, οἷς ἐπὶ τῶν βοῶν προείρηται χρηστέον. ἐὰν δὲ μηδ' οὕτως προσίηται τὸν ἵππον ἡ θήλεια, νίτρον καὶ ὀρνίθων τῶν μικρῶν κόπρον σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ μικτέον . . . ἢ σκίλλῃ μόνον. ἐπὰν δ' ἅπαξ ὀχευθεῖσα μὴ προσίηται, ὑπερθετέον ἡμέρας ⟨ι'⟩ καὶ πάλιν αὐταῖς τοὺς ἵππους ἐπαφετέον,*
*ἐὰν δὲ μηδ' ὧς ἀνέχωνται, χωριστέον*
p. 4 *αὐτὰς* ‖ *πιστεύοντας ἤδη ἐγκύμονας εἶναι.*

---

7 *ἱστῶσιν* 9 *εἰδέαν* 12 *θήλε* (α *superscr.*) 15 *ἄρσεν* 17 *ἀπείργοιαν* | *ἀφηνίζοιεν* 19 *προσίεται τὴν* 21 *καὶ τερεβίνθη* | *μικτέον*: sec. Anatolium supple *καὶ τὰ μόρια τῆς ἵππου ἐπιχριστέον* 23 *προσίεται* 24 *ἐπαφητέον* 25 *μὴδ' ὡς* | *ἀνέχονται*

*θᾶττον ἐπείγεσθαι ὥσπερ τῇ ῥυπαρίᾳ αὐτῆς χαίρων. τινὲς δὲ ἐπετήδευσαν ἐρωτικοὺς τοὺς ἵππους πρὸς τὰς θηλείας ποιῆσαι καὶ κοσμοῦσιν αὐτὰς κόσμῳ καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τριχῶν καὶ ἄλλοις περικαλλέσι πετάσμασι* (G falso *πηκάσμασι*) *καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς ἐπιθυμίαν ἐπακτικόν.*

Cf. Varro II 7, 9; aliter Aristoteles ll. *ἀναβαίνουσι δὲ καὶ ἐπὶ τὰς μητέρας οἱ ἵπποι καὶ ἐπὶ τὰς θυγατέρας.*

Cf. Aristot. de gen. an. IV 2, h. a. VI 16; Geop. XVII 6, 3; XIIX 3, 6; Plin. n. h. VIII 189 alios.

*ἐὰν δὲ μὴ προσίηται τὸν ἵππον ἡ θήλεια, νίτρον καὶ ὀρνίθων τῶν μικρῶν κόπρον σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ τρίψας τὰ μόρια τῆς ἵππου ἐπίχριε, πολλῷ δὲ μᾶλλον σκίλλῃ περίχριε, εὐκολωτέρα γὰρ ⟨γίνεται⟩ πρὸς ὀχείαν ἡ ἵππος. ἐὰν δὲ ἅπαξ ὀχευθεῖσα μὴ προσίηται πάλιν, ὑπερθετέον ἡμέρας κ'* (rectius *ι'* ex Geop.) *καὶ πάλιν ἐπαφετέον. ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτως ἀνέχηται, χώριζε λοιπὸν πιστεύων ἐγκύμονα εἶναι.*

Cf. Geop. XVI 1, 5 *ἐὰν δὲ ἅπαξ βιβασθεῖσα μὴ προσίηται τὸν ἄρρενα, μετὰ ι' ἡμέρας πάλιν προσακτέον αὐτῇ. ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτω προσδέξηται, ἀποχωριστέον αὐτὴν ὡς ἤδη συνειληφυῖαν.*

Varro II 7, 1 horum feturae initium admissionis facere oportet ab aequinoctio verno ad solstitium, ut partus idoneo tempore fiat. duodecimo enim mense die decimo aiunt nasci. Columella VI 27, 3 generosis (sc. equis) circa vernum aequinoctium mares iungentur, ut eodem tempore, quo conceperint, iam laetis et herbidis campis post anni messem parvo cum labore foetus educent. nam mense duodecimo partum edunt.

Auctorum lemmata, quae in hippiatricis leguntur, omni suspicione carent, quin, sicut famosae Geoponicorum ascriptiones, ex hominis fraudulenti officina prodierint. Immo quicunque vel veloci oculo scriptorum nominibus respectis Apsyrti, Hieroclis, aliorum mulomedicorum capita quae dicuntur perlustravit, quae uniuscuiusque sint, brevi recognoscet et a ceterorum copiis distinguet. Itaque Anatolio caput allatum vindicare equidem nullus dubito, quamquam sane nondum exploratum est, quanta fide G verba auctorum, quos compilavit, repetiverit vel excerpserit vel aliorum copiis amplificaverit. Id quod, nisi fallor, paulo accuratius nunc cognoscere licet, cum singulas sententias,

quae et in C et in G inveniuntur, inter sese comparamus. Atque primum quidem quaeritur, num etiam eae capitis Cantabrigiensis particulae, quae in G desiderantur, ad Anatolium, auctorem clarissimum, redeant. In G autem argumentum decurtatum esse ipse compilator significasse addita videtur inscriptione *Ἀ. π. ἡλικίας κτλ.*: voluit ergo ea sola quae ad tempus admissionis pertineant exscribere, etsi sibi non ubique constitit. Initio quidem quae de admissario dicta in C servata sunt, consulto praeteriit prooemio vilissimo usus neque sententiarum conexum curans. In C vero initium capitis genuinum esse vel ex illo *οἷον προειρήκαμεν* efficitur, quod in nostra collectione absurdum est: frustra enim eum locum in fragmento primo quaerimus, immo ad fragmentum sextum tendere videtur, utpote in quo accuratissime de equi forma optima agatur. Porro p. 5, 10—15 Anatolio vindicem, quia egregie ad rem faciunt et l. 15 *τοὺς δὲ ἄρρενας* opponi *θηλείαις ἵπποις* in propatulo est, nam G in suo perstans consilio, quippe qui de admissionis tempore solo locuturus sit, illa praetermisit. l. 27 sqq. a G contracta esse ex verbis *καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς ἐπιθυμίαν ἐπακτικόν* p. 6, 6 colligo. p. 6, 12—18 non dubium est, quin ex Anatolio profluxerint, quoniam verbis *οἷς ἐπὶ τῶν βοῶν προείρηται χρηστέον* ad talem relegamur locum, qualis aegre in C et in quavis hippiatricorum collectione extare potuit: remedia ea invenimus Geop. XVII 5 et Aeliani h. a. 9, 48. Anatolius ergo, sicut Varro II 5 et Columella VI 1—26, de bubus primum, deinde de equis egerat, cum in Geoponicis, quorum maxima pars ex Anatolii opere hausta est, libro XVI equi, libro XVII boves tractentur. P. 6, 2—12 quae restant omnia a ceteris non divellenda esse etsi probabile est, ad Anatolium redire non demonstrari potest. Neque quisquam verba *εἰδέναι . . . ἀδελφῇ* si deessent, desideraret. At considerandum Anatolium ipsum rudissimum compilatorem fuisse, qui p. 5, 24—26 et l. 27 sq. praecepta plane inter se contraria uno tenore proferre non dubitaverit, cf. M. Rh. 45, 212 sqq.

Quae in G solo traduntur Anatolii verba appendicis loco addo. Post *ὡρίσθω* p. 5, 8 enim pergitur: *ἐπιγνωσόμεθα δὲ τὴν ἡλικίαν οὐκ ἀπὸ τῶν ὀδ'ντων μόνον, αὕτη γὰρ οὐκ ἀκριβὴς ἂν εἴη δοκιμασία. οὐ γὰρ οἱ ὀδόντες τὴν ἡλικίαν δηλοῦσι. τινὲς δὲ καὶ ἐκ τῶν γνάθων δοκιμάζουσι, καὶ εἰ μὲν τὸ δέρμα ἀρθὲν* (immo *ἀρθείη*) *εὐκόλως τοῦ λοιποῦ σώματος διὰ χειρὸς καὶ ἀφαιρεθὲν αὖθις ἐπανέλθοι ῥᾳδίως, νέον αὐτὸν ἀποφαίνουσιν, εἰ δὲ ἐπαρθέντος τοῦ δέρματος βραδέως κολλήσῃ ἐν τῇ σαρκί, γέροντα αὐτὸν διαβεβαιοῦνται.* Quocum velim conferas Aristot. h. a. VI 25 *τὰ δὲ νέα καὶ τὰ παλαιὰ τετράποδα διαγιγνώσκουσιν οἱ περὶ τὰς θεραπείας ὄντες αὐτῶν· ἐὰν μὲν ἀπὸ τῆς γνάθου τὸ δέρμα ἐφελκόμενον ταχὺ ἐπίῃ, νέον τὸ τετράπουν, ἐὰν δὲ πολὺν χρόνον μένῃ ἐρρυτιδωμένον, παλαιόν.* Valde mirum est, quod Anatolius ceteris antiquis auctoribus refragatus e dentibus equi aetatem cognosci posse negat. Praecepta allata tam neglegenter conglutinare miselli fuit sarcinatoris.

## III.

### C p. 4. *Κυουσῶν ἵππων ἐπιμέλεια.*

*Ὅταν δὲ πληρωθῶσι, προνοητέον ὕδασι τοῖς συνήθεσιν αὐτὰς ποτίζειν καὶ τὴν ὁρμὴν ἐπέχειν τῶν ἐκδρομῶν καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλας διατρίψεως*. πρὸ παντὸς δὲ ἀπὸ ψύχους καὶ ἀνέμου φυλακτέον αὐτὰς καὶ ταρίχου ὀπτοῦ ὀσφρήσεως καὶ σβεσθέντων λύχνων,*

---

4 *λύχνων*: cf. Arist. h. a. 8, 24 p. 604 b, 30 *ἐκβάλλει δὲ κύουσα ἵππος ὀσμὴν* (immo *ὀσμῇ*) *λύχνου ἀποσβεννυμένου*; cf. Aelian h. a. IX 54, Hierocles apud G p. 58, 24; Porphyr. de abst. III 7; Plin. 7, 43.

*ταῦτα γὰρ ἐκτρῶσαι ποιεῖ. ἐγχυματιστέον οὖν αὐταῖς πολυπόδιον μεθ' ὕδατος, ἐὰν δὲ ἐπιλίπῃ νομή, εἰσαχθῆναι αὐταῖς παρὰ βλῆτρον* (sic)† *ζειᾶς κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς κατὰ τὴν νομὴν ἐνδείας καὶ χόρτον. Τὰ μὲν ἄλλα τετράποδα κατακείμενα τίκτει, διὸ καὶ πλάγια προέρχεται τὰ ἔμβρυα, ἡ δὲ ἵππος ὀρθή. καὶ ἵππον μὲν διαλιποῦσα τίκτει, ἡμίονον δὲ συνεχῶς. γαλουχεῖ δὲ ἡμίονον μὲν οὐ πλεῖον ⟨ἢ⟩ εἰς ἓξ μῆνας, ἵππον δὲ εἰς διετίαν. ὅταν δὲ τέκῃ, τὸ χόριον εὐθὺ κατεσθίει καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ μετώπου λεγόμενον ἱππομανές. εἰδέναι δὲ χρή, ὅτι μετὰ τὸ τεχθῆναι ἡμίονον ἐὰν ἵππος τεχθῇ, κἂν εὐγενὴς ᾖ, βραδὺς καὶ νωθὴς καὶ ὀνώδης γίνεται.*

1 *αὐτὰς* 2 *παρὰ βλῆτρον*: *παραβλητέον* latere videtur 4 *ἡμίοναι*, idem insequenti linea 6 *ὅτε* | *τέκει* | *χώριον*

Geop. XVI 1, 6 *ὅταν δὲ συλλάβωσι, φροντιστέον, ὅπως μὴ μοχθῶσι πλέον τοῦ δέοντος μηδὲ ψυχροῖς διαναπαύωνται τόποις· ἐναντιοῦται γὰρ ταῖς κυούσαις τὸ ψῦχος.*

Varro II 7, 10 cum conceperunt equae, videndum ne aut laborent plusculum aut ne frigidis locis sint, quod algor maxime praegnantibus obest.

Vides Varronem scriptoris Graeci verba mordicus tenuisse, nisi quod '*διαναπαύωνται*' exquisitam vocem minus accurate per 'sint' et '*πλέον τοῦ δέοντος*' paulo neglegentius per 'plusculum' reddidit.

Columella VI 27, 10 sq. Inde maior praegnantibus adhibenda cura est largoque pascuo firmandae. Quod si frigore hiemis herbae defecerint, tecto contineantur ac neque opere neque cursu contineantur neque frigori committantur nec in angusto clauso, ne aliae aliarum conceptus elidant.

Aristot. h. a. VI 22 *τὰ μὲν οὖν ἄλλα τετράποδα κατακείμενα τίκτει, διὸ καὶ πλάγια προέρχεται τὰ ἔμβρυα πάντων, ἡ δὲ ἵππος ἡ θήλεια, ὅταν ἤδη πλησίον ᾖ τῆς ἀφέσεως, ὀρθὴ στᾶσα προΐεται τὸ ἔκγονον. . . . . θηλάζειν δέ φασι τὸν μὲν ἡμίονον ἑξάμηνον, εἶτ' οὐκέτι προσίεσθαι διὰ τὸ σπᾶσθαι καὶ πονεῖν, τὸν δὲ ἵππον πλείω χρόνον. . . . . . . ὅταν δὲ τέκῃ ἡ ἵππος, τό τε χόριον εὐθὺς κατεσθίει καὶ ἀπεσθίει τοῦ πώλου ὃ ἐπιφύεται ἐπὶ τοῦ μετώπου τῶν πώλων, καλεῖται δὲ ἱππομανές.*

Primis verbis *ὅταν δὲ πληρωθῶσι* particulam nostram cum antecedente coniungi, sicut hodie re vera in Geoponicis ll. coniunctae leguntur, quandoquidem manifestum est, de auctore dubitatio haud oriri potest. Hausit autem initium Anatolius indidem atque Varro et Columella. Itaque nil refert, quod quae de abortu vitando et de herbis leguntur, desunt in Anatolii capite G p. 58 '*κυουσῶν ἵππων ἐπιμέλεια*' ceterum multo ampliore, quod in proximo fragmento nobis occurret. Sicut antea, idem Anatolius compilatori C Aristotelica suppeditavit. Quibus per formulam sollemnem *εἰδέναι δὲ χρή* pannulum alienae originis assutum esse apparet.

## IV.

C p. 4. *Πώλων ἀπὸ γενεᾶς ἐπιμέλεια.*

*Πρῶτον μὲν οὐ χρὴ προσάγειν χεῖρα τοῖς γεννήμασιν* ||
p. 5 *οὐδὲ τῆς μητρὸς ἀποσπᾶν, φιλοστοργώτατον γὰρ τὸ ζῷον. θέρμης δὲ προνοεῖσθαι δεῖ*

1 *γέννας*

G p. 58 sq. *Ἀνατολίου περὶ ἐπιμελείας τῶν κυουσῶν ἵππων.*

*Τῶν κυουσῶν ἵππων ἐπιμέλειαν ποιησόμεθα τὴν προσήκουσαν, ὥσπερ τοῦ βάρους αὐτὰς κουφίζοντες, καὶ μὴ*

M[1]) p. 133 cap. 1065. *αξε' Ἀνατολίου περὶ τῆς τῶν πώλων ἀνατροφῆς.*

*Μὴ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνατροφῆς ὧν* (*τῶν* cod., corr. Mill.) *τὰ γεννηθέντα ἀφαιροῦμεν, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων*

[1]) i. e. codex Milleri Parisinus 2322 ed. in Notices et Extraits d. l. bibl. impériale XXI 2.

*καὶ εὐρυχωρίας ⟨ὡς⟩ [καὶ] μὴ καταπατεῖσθαι τὰ γεννήματα, τῶν δὲ τεκουσῶν ἐπιμελεῖσθαι ἠρεμαίαις [ταῖς] πορείαις καὶ τῇ τοῦ χόρτου παραθέσει καὶ κριθῆς βεβρεγμένης Μηδικῆς τε καὶ ζειᾶς καὶ τῶν ὅσα τοιαῦτα καὶ τὸ δεύτερον τῆς ἡμέρας ποτόν. τὸ δ' ἱπποστάσιον μάλιστα ἐν χειμῶνι μὲν ἀλεεινὸν ἔστω, ἀναψυχόμενον δὲ θέρους.*

*αἱ δὲ φάτναι ἐφ' ὑψηλοῦ τετάχθωσαν, αὐταὶ δὲ ἀνηρτήσθωσαν ταῖς ἐπιφατνιδίοις φορβειαῖς, ὅπως ἀνανεύουσαι λαμβάνωσι τὴν τροφήν. τηρητέον δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν πώλων μάλιστα, ὑψαύχενες γὰρ οὕτως εἶναι ἐθιοῦνται. ἡμερῶν δὲ γενομένων δεκαπέντε εἰς ὕλας προακτέον, ἵνα μὴ αἱ ὁπλαὶ*

*βαστάζειν συγχωροῦντες, ποιοῦντες ἠρέμα βόσκεσθαι, καὶ τροφὴν παρατιθέντες κουφοτέραν χόρτον ἔτι χλωρὸν τμηθέντα, οὗτος γάρ ἐστι γλυκύτατος, κριθήν τε βεβρεγμένην καὶ ὅσα τοιαῦτα δίς τε τῆς ἡμέρας ποτίζοντες. ἐν ἱπποστασίῳ τε ἱστάντες θερμῷ χειμῶνος, θερείας δὲ ἀναψύχοντες* (legendum *ἀναψυχομένῳ* vel *ἀναψυχθέντι*), *ὑποστρωννύντες τε [καὶ] ξύλα στρογγύλα εὐαρμόστως συγκείμενα ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν, ἵνα ἐν μὲν τῇ κοίτῃ ἁπαλότητα ἔχωσιν, ἐν δὲ τοῖς ποσὶ σκληρότητα διὰ τὰς ὁπλάς, τά τε οὖρα καταρρῇ εὐχερῶς. τὰς δὲ φάτνας ὑψηλοτέρας εἶναι δεῖ, ὡς ἀνηρτῆσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς φορβεὰς* (immo *ταῖς φορβεαῖς* sc. *τὰς ἵππους*) *καὶ ἀνανευούσας λαμβάνειν τὴν τροφήν, μάλιστα δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν πώλων παρατηρητέον, ὑψαύχενας γὰρ αὐτοὺς εἶναι συνεθίζομεν, ὅπερ τῷ ἱππικῷ μάλιστα κάλλος ἐστίν. οὐ χρὴ δὲ αὐτὰς ποικιλίᾳ τῶν νομῶν καὶ τῶν ὑδάτων ξενίζειν. ἀμβλίσκουσι γὰρ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ξενισμοῖς. τεκούσαις δὲ αὐταῖς τὴν Μηδικὴν παραλαβοῦμεν* (scribe *παραβαλοῦμεν*) *καὶ τὴν προ-*

*⟨ποιῶμεν⟩, φιλοστοργότατον* (cod. *φιλόστοργον*) *γὰρ τοῦτο τὸ ζῷον ἁπάντων·*

*μετὰ γὰρ ιε' ἡμέρας νέμεσθαι αὐτὰς* (lege vel *αὐτοὺς* i. e. *πώλους* vel *αὐτά* i. e. *γεννηθέντα*) *ἐῶμεν μετὰ τῶν μητέρων.*

---

4 *ἠρεμέως* 8 *τὸ δεύτερον κτλ.* corrupta: legemus cum G *τῷ δὶς τῆς ἡμέρας ποτίζειν* 11 *ἀνάψυχον* 13 *τετάσθωσαν* | *αὗται*: fortasse *ἵπποι* reponendum 14 *ἐπιφατνηδίοις* 15 *φορμιαῖς* 16 *ἀνανέχουσαι* 22 *προαπτέον*

*συγκαῶσι τῇ κόπρῳ ἁπαλαὶ ὑπάρχουσαι, δείλης δὲ πάλιν εἰς τὸ σταῦλον* εἰσακτέον. μετὰ δὲ δύο μῆνας που καὶ τρεῖς γυμναστέον τὴν ἵππον, ἵν' αὐτῆς τε τὸ γάλα κρεῖττον γένηται καὶ ὁ πῶλος ἀκολουθῶν ἐγγυμνάσηται τοῖς δρόμοις. ἑξαμηνιαίοις δὲ γενομένοις τοῖς πώλοις κριθὰς παραβλητέον βεβρεγμένας καὶ πτισάνας. ⟨ἀλλ'⟩ οὐ χωριστέον* p. 6 *τοῦ ‖ γάλακτος πρὸ διετίας αὐτούς. φυλακτέον δὲ ἀκριβῶς ⟨μὴ⟩ ὀχεύεσθαι τὰς γαλουχούσας, ἵνα μὴ τὸ γάλα αὐτῶν διαφθαρῇ. ἀναπαυέσθωσαν δὲ ⟨μετὰ⟩ διετίαν ἢ τό γε ἐλάχιστον ⟨μετ'⟩ ἐνιαυτόν. οὕτω γὰρ καὶ οἱ πῶλοι εὐτροφήσουσι καὶ αὗται πολύγονοι καὶ πολυχρόνιοι ἔσονται.*

---

3 *τὸν σταῦλ* 7 *ἵππος* 9 *ἑξαμηναίοις* 10 *κριθῆς καταβλητρόν βεβρεγμένον καὶ* 12 *πτισάνης* 15 *ταῖς γαλαχούσαις* 18 *μετά* bis supplendum, nisi *εἰς* praestat, cf. p. 8 lin. 5 20 *τοὺς πώλους* 21 *αὗται*

*ειρημένην ἐπιμέλειαν προσάγομεν* (rectius *προσάξομεν*). *πολλῷ μᾶλλον μετὰ δύο που καὶ τρεῖς μῆνας γυμναστέον τὴν ἵππον, ἵνα αὐτῇ κάλλιον ἐγγίνηται τὸ γάλα τῇ ποιότητι* (corruptum, num *κινήματι*?) *καὶ ὁ πῶλος ἀκολουθῶν γυμνάζηται τοῖς δρόμοις.*

*ἐὰν δὲ ἁπαλὰς ἔχωσι τὰς ὁπλὰς οἱ πῶλοι, ἐν τραχέσιν αὐτοὺς χωρίοις γυμνάσομεν ὑποστρωννύντες αὐτῶν τοῖς ποσὶ καὶ ψηφῖδας, οὕτω γὰρ ἂν αἱ ὁπλαὶ σκληρύνοιντο. καλὸν δὲ θεραπεῦσαι τὴν ὁπλὴν αὐτῶν τὴν ἁπαλὴν οὕτω· στέαρ χοίρειον παλαιὸν καὶ τράγειον καὶ θεῖον ἄπυρον καὶ σκόροδα μίξαντα χρίειν τὰς ὁπλὰς καὶ τὰς χελιδόνας αὐτῶν.*

*ἑξαμηνιαίοις δὲ γενομένοις τοῖς πώλοις κριθὰς παραβαλοῦμεν βεβρεγμένας. οὐ χωριστέον δὲ οὐδὲ ⟨νῦν,* nisi plura exciderunt) *γάλακτος. τοῦτο δὲ ἀκριβῶς ἔστω* (*ἔστι* Miller) *παραφυλακτέον, ὅπως μὴ ἐκτρέφουσαι τοὺς πώλους ὀχευθῶσιν· ἐκ γὰρ τῆς ὀχείας τὸ γάλα ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων διαφθείρεται. Τινὲς δὲ βουλόμενοι τὰς ὁπλὰς σκληροτέρας ποιῆσαι, ὄστρακον πυρώσαντες καὶ ἐπιρράναντες ὄξος ὑποτιθέασι ταῖς ὁπλαῖς, καὶ ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας ἐλθόντας πλύναντες ὕδατι ψυχρῷ ἐπιστάζουσι στέαρ χοίρειον ἢ τράγειον μετὰ θείου ταῖς ὁπλαῖς, μάλιστα ταῖς ὑποτριψάσαις* (*ὑποτριφθείσαις* vel *ὑποτριβείσαις*). *Καθ' ἡμέραν δὲ κτλ.* afferam ad fragmentum quintum p. 11.

Anatolii verba ut pro virili parte recuperemus, quis compilator fidissime eius vestigia presserit, considerandum est. Videmus autem ea quae in C coniuncta leguntur a M et G in duas particulas divulsa esse. M vero neglegentissime egit, in quo quae ad finem a *καθ' ἡμέραν* leguntur, quid sibi hoc loco velint, nisi ex fragmento sexto Cantabrigiensi disceremus, plane in obscuro esset. Deinde in M nonnulla desideramus, quae in Anatolii opere vix deerant: hiat oratio ante *μετὰ γὰρ* p. 9, 20, ubi *γάρ* non habet quo referatur; denique quid post duos vel tres menses pullis faciendum sit quandoque a lacte sint removendi, M afferre plane oblitus est. Neque G vituperatione caret, nam in capite '*περὶ κυουσῶν ἵππων*' inscripto quid sibi volunt remedia ad ungulas pullorum p. 10, 21? Ante *πολλῷ μᾶλλον* p. 10, 3 autem, quod, si sententiarum conexum respiciamus,

admodum molestum sit, lacuna constituenda esse videtur. Tum non tam praegnates, sicut G docet, quam quae pepererunt equas, ut C vult, ab Anatolio summa ea quae commendatur diligentia tractatas esse verisimile est. Et ipse G hoc invitus confessus est, cum scribebat *τεκούσαις δὲ αὐταῖς τὴν Μηδικὴν παραβαλοῦμεν καὶ τὴν προειρημένην ἐπιμέλειαν προσάξομεν.*

Multo melius ergo C se habet, in quo omnia bene conexa procedant, nisi quod de calido stabulo et de tempore, quo pulli a lacte removendi sint, bis agitur. Itaque propius a genuino contextu abesse videtur, quamquam Anatolio ex G et M plura accrescunt. Anatolius autem manifesto gravissima praecepta ex fonte Varrone et Columella antiquiore hausit. Nimirum respice sodes:

Varro II 7, 1 ed. maior Keilii. Equinum pecus pascendum ... in stabulis ac praesepibus arido faeno; cum pepererunt hordeo adiecto bis die data aqua ... (§ 10) praegnatem neque implere cibo neque esurire oportet ... [in] decem diebus secundum partum cum matribus in pabulum prodigendum, ne ungulas comburat stercus [tenebat]. quinquemestribus pullis factis, cum redacti sunt in stabulum, obiciendum farinam hordeaciam molitam cum furfuribus, et si quid aliud terra natum libenter edent. annicolis iam factis dandum hordeum et furfures, usque quaad erunt lactantes. neque prius biennio confecto a lacte removendum.

Colum. VI 27, 12. Sin autem prospere cessit (sc. partus), minime manu contingendus pullus erit, nam laeditur etiam levissimo contactu. tantum cura adhibebitur, ut et amplo et calido loco cum matre versetur, ne aut frigus adhuc infirmo noceat aut mater in angustiis eum obterat. paulatim deinde producendus erit providendumque, ne stercore ungulas adurat. mox cum firmior fuerit, in eadem pascua, in quibus mater est, dimittendus, ne desiderio partus sui laboret equa, nam id praecipue genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit.

Cf. etiam Columellae ll. § 10 supra (p. 8) allata verba.

Quid quod Varronis contextus nunc ex C emendari potest? Luce enim clarius pro 'in decem diebus', soloeca lectione tradita, scribendum esse 'quindecim diebus'. Pro 'tenebat' autem Politianus 'tenellas' codicis Marciani deperditi adnotavit, quod nunc egregie verbis '*ἁπαλαὶ οὖσαι*' codicis Cantabrigiensis fulcitur. Ac nescio an vel traditus ordo verborum satis sane inusitatus apud Varronem ita explicari possit, ut dicamus Varronem caecutientem ex illo fonte Graeco caballino labra proluisse. Quod dico, quia Keilius in minore editione 'ungulas teneras comburat stercus' legit. Praeterea ex C colligo 'quinquemestribus' non genuinum esse sed 'semestribus': illud librariorum socordiae numeros confundenti debetur. Columella autem et in ceteris praeceptis, sicut assolet, parum accuratus fuit et pro certis temporibus constitutis 'paulatim' et 'mox' dicere maluit. Laudandus autem est, quod solus memoriae mandavit, cur pullum modo partum attingi nefas sit.

## V.

C p. 6. *Πότε δαμασθῆναι δεῖ τοὺς ἵππους καὶ πῶς;*

*Εἰς δὲ τὴν χειροήθειαν ἀνακτέον τοὺς πώλους καὶ δαμαστέον μὴ ἐλάττονας μηνῶν δεκαεπτὰ ἢ δεκαοκτὼ προχλοασθέντας* καὶ κεκαθαρμένους. καθαίρονται δὲ ἐρεβίνθοις καὶ ὀρόβοις διὰ τὸ θερμὸν τῆς φύσεως. ταῖς μέντοι τρίψεσι ταῖς καθημεριναῖς καὶ τοῖς*

M 1065. *Ἀνατολίου περὶ τῆς τῶν πώλων ἀνατροφῆς.*

(supra p. 8 sqq. initium allatum)

. . . . . . . . . . .

*ὑποτριψάσαις. καθαροῦμεν δὲ τοὺς ἵππους ἐρεβίνθῳ καὶ ὀρόβῳ διὰ τοῦ ἔαρος καὶ μετοπώρου, διὰ δὲ τοῦ χειμῶνος κριθῇ ὀρόβοις μεμιγμένῃ θρέψωμεν. καθ' ἡμέραν δὲ ὥσπερ καὶ οἱ ἄνθρωποι χαίρουσι λουτρῷ, οὕτως*

λουτροῖς οὐχ ἧττον ἀνθρώπων χαίρουσιν ἵπποι.

εὔτριχοι δὲ γίνονται τὰς χαίτας καὶ τὰς οὐρὰς οἰνελαίῳ ἐπιβρεχόμενοι.

2 ταῖς χαίταις

**καὶ ὁ ἵππος ποταμίοις ὕδασι καὶ ἐπὶ πλεῖον θαλάσσης. τὸ γὰρ θαλάττιον πλέον ὠφελεῖ τὰ σώματα αὐτῶν. εὔτριχας δὲ τὰς χαίτας ποιήσεις καὶ τὰς οὐρὰς οἴνῳ μετὰ ἐλαίου βρέχων.**

In codice prima sententia **καθαροῦμεν κτλ.** ad finem posita est.

Geop. XVI 1, 11 *εἰς δὲ χειροήθειαν ἀκτέον τοὺς πώλους πληρώσαντας τοὺς ι' καὶ η' μῆνας.* Quod temporis spatium alii scriptores non satis longum esse putant: Varro II 7, 13 'sunt qui dicant post annum et sex menses eculum domari posse, sed melius post trimum'. Paulo aliter Col .6, 29, 4 'equus bimus ad usum domesticum recte domatur, certaminibus autem expleto triennio'. Cum quo consentit Apsyrtus G 263 *διετῆ γεγονότα τὸν πῶλον ἐκ τῆς ἀγέλης ἕλκουσι καὶ δαμάζουσιν.*

De origine verborum, quae antecedenti fragmento sese applicare clarum est, non ambigeretur, etiam si M auctoris nomen non servavisset. Ex C autem nunc discimus, cur verba ad 'pullorum educationem' pertineant: id quod nemo antea ex M eruere potuit. Nihilo setius quae in M solo praebentur Anatolii additamenta, grato animo accipimus.

## VI.

### C p. 6. *Ἵππου ἀγαθοῦ δοκιμασία.*

*Ἵππον φαμὲν ἀγαθὸν τοῦτον· εἶδος ὄρθιον καὶ διηρθρωμένον ἔχοντα, ὑψαύχενα, ἐπίγρυπον, λευκοειδῆ*, ἄπληκτον, κελεύσματι μόνῳ καὶ λόγῳ ἡνιοχούμενον, κεφαλὴν μικρὰν ἔχοντα καὶ διηρθρωμένην, μέτωπον ὁμαλόν, ὠτία ὀρθὰ καὶ προϊστάμενα, γλῶσσαν μικρὰν*
p. 7 *καὶ λεπτήν, πρόσωπον σιμόν, τράχηλον || ἁπαλὸν καὶ μεγαλοπερίοχον* καὶ τὴν ἁπαλὴν τρίχα βαθεῖαν οὐλοτέραν εἰς τὰ δεξιὰ νεύουσαν, στῆθος εὐρὺ πλῆρες καὶ μεμνωμένον, ὠμοπλάτας μεγάλας διατετυπωμένας, βραχίονας ὀρθοὺς διηρθρωμένους, πλευρὰς κεκυρτωμένας, κοιλίαν εὔογκον (τινὲς δέ φασι συμπεπιεσμένην καὶ ταῖς λαγόσι συνεσταλμένην), διδύμους μικροὺς ἰσομεγέθεις, ἰσχία πεπληρωμένα πλάτος ἔχοντα διπλοῦν, ῥάχιν ἐγκαθημένην διπλῆν ὁμαλήν, οὐρὰν εὐμήκη ἔνουλον, κνήμας καὶ σκέλη ὀρθὰ καὶ μάλα ὑγρὰ εἰς τὸ ἐντὸς μέρος ἐπεστραμμένα, γόνατα μικρὰ στρογγύλα καὶ στερεά, μηροὺς μεμνωμένους, ὄνυχας στερεοὺς καὶ στεφάνην μὴ προπετῆ, κύλικα μικρόν, ὄρθιον ὅλῳ τῷ σώματι, εὐμεγέθη, διηρθρωμένον, μέγεθος ἱκανόν, τὰς δι' ὅλου τοῦ σώματος φλέβας εὐσήμους καὶ ἐπηρμένας, χροιὰν δὲ φοινικὸν ἢ μέλανα, ἑστάναι μὴ ἀνεχόμενον ἀλλὰ τὴν γῆν κροτοῦντα καὶ θέειν ἐπιθυμοῦντα, ψυχὴν ἀκατάπληκτον ἔχοντα, ὡς κτύπους τῶν ἐξαπίνης ζῴων ἐπιγινομένων ἢ τινων ἄλλων ἀήθων*
p. 8 *θεαμάτων μὴ ἐκταράττεσθαι, ἔμφρονα δὲ καὶ τόλμῃ ὑπείκοντα, φιλόπρωτον, || συνεξεριστικόν*, ποταμοὺς καὶ τάφρους εὐσκόπως διερχόμενον.*

2 τοῦτο: *τό τε* Plato Phaedrus 253 d, cf. infra p. 21 | *ὄρθριον* 3 *λυκοειδῆ* 5 *σημόν* | *καὶ τὴν*: malim *χαίτην* 6 *οὐλο*^τέ^ 9 *ῥάχην* | *διπλην* | *εὐράν* 12 *ὄρθριον* 13 *δι'*: *δ'* | *εὐσώμους* | *χροιὰς* 14 *κρατοῦντα* 15 *ἐπιγινόμενον*

## VII.

**C** p. 8. *Ἵππου σκολιοῦ δοκιμασία.*

*Τὸν δὲ σκολιὸν πολὺν, εἰκῇ συμπεφορημένον, κρατεραύχενα, βραχυτράχηλον, σιμοπρόσωπον, μελάγχρουν, λευκόμματον, ὕφαιμον, ὠσὶ λάσιον, κωφόν, μετὰ κέντρων μόλις ὑπείκοντα.*

---

2 De mutila sententia cf. infra | *πολὺν εἰκῇ* nulla distinctione inter se posita, ut Platonis codices BT | *βαρυτράχηλον* | *σημοπρόσωπον* 3 *λευκόμματον*: *γλαυκόμματον* Plato

In fragmento sexto gravissima sunt, quae l. 3 inde a *κεφαλὴν μικρὰν* usque ad *ἐπηρμένας* l. 13 de equi boni forma leguntur. Id quod ut melius cognosci possit, omnium scriptorum poetarum Graecorum Romanorum de eadem re locos sub uno conspectu posui. Tabulam autem ita constitui, ut ordinem, quo enumerantur equi membra, a Varrone servatum repeterem. A quo ubi Columella, Geoponica, C recesserunt, hoc numeris additis significavi. Ceterorum testium quae nihil ad rem facere videbantur, melioris conspectus causa praecidi: id quod imprimis de Simone et Xenophonte moneo. Consulto autem neglexi Pelagonium cap. 2, quippe qui Columellae descriptionem anxie repetiverit[1]), et Isidorum, cuius de equi forma Etym. XII 1, 45—47 ad Palladium redeant. Quae G 262 in calce de eadem re leguntur a *δεῖ ταῦτα ἔχειν τὸν ἵππον*, omnino non antiqua sunt, sicut ex voculis neograecis apparet: itaque in codice Hippiatricorum B (cf. supra p. 5 annot.) primo defuerunt et recentissima manu in folio 331 *v* ceterum puro appicta sunt. Neque Vegetius VI 6 et 7 huc pertinet, qui multarum nationum virtutes, quas in usu praestent, enumerans, nullam speciem nisi Hunnorum et Persarum equorum accuratius describit; cf. infra p. 30. Theomnesti autem *περὶ ἐπιλογῆς ἵππων* inscriptum caput, quod adhuc in C p. 334—344 latet (cf. Rh. M. 51, 61), cum non pauca singularia praebeat neque tulerit aetatem nisi foedissime corruptum et mutilatum, segregare malui. Ad rem diiudicandam nihil valet. Pollucis I 188 sqq. denique ad ipsos scriptores Atticos redire demonstrari potest. Sed vide sis ipse:

---

[1]) Discrepat aliquotiens Pelagonius a Columella, de qua re Ihmius in commentario non ubique satis accurate egit, cum non parvi momenti sit ad contextus amborum recte constituendos. Et in cap. 2 Pel. uno loco (tab. 3. 4), ubi codex Pelagonii 'naribus et arrectis' perperam praebet, Ihmius pleniora Columellae verba restituit. Tabula nostra respecta ceterisque testibus auditis ego puto omnes Pelagonii discrepantias hic temporum iniuriis tribuendas esse: P. ipse Columellae contextum lacunosum et interpolatum manu versavisse videtur. Habet autem P. (cf. tab. 10) 'numeroso pectore': quod hic deest 'musculorum toris' inter 11 et 12, tamquam propria nota sit, ita constituta legitur: 'musculis in toto corpore extantibus'. Valde mirum 19 'causa longa et non setosa quia abdecet'; aperte igitur P. fonti suo refragatur; in verbo 'abdecet' cognoscimus glossam infimae aetatis. 20 omittit P. 'aequalibus atque albis', idem 23 'rotundis', ubi 'et' post 'clunibus' addit, 23 pro 'duris' habet 'nigris', quod scribarum calami errorem esse arbitror.

| Simon, Mus. Rhen. 51, 67 sqq. | Xenophon de re equestri I 1 | Varro II 7, 5 ed. Keilius | Columella VI 29, 2—3 | Geoponica XVI 1, 9 |
|---|---|---|---|---|
| 1 *κεφαλὴ ἐπισημοτάτη ἐλαφρά κτλ. σιαγὼν ὡς μικροτάτη κορυφὴ ὑψηλή κτλ.* | *κεφαλὴ ὀστώδης, μικρὰ σιαγὼν κτλ. κορυφὴ μείζων κτλ.* | a) si caput habet non magnum b) nec membris confusis si est, | exiguo capite | *Τὴν κεφαλὴν ἔχει μικρὰν* |
| 2 | | | | |
| 3 *ὀφθαλμοὺς μεγάλους ἔξω δὲ κειμένους, λαμπρούς* | *ὄμμα τὰ πρὸ ποδῶν ὁρῴη (ἐξόφθαλμος)* | oculis nigris | nigris oculis | *ὄμμα μέλαν* |
| 4 *μυκτῆρας ὡς μεγίστους* | *μυκτῆρες ἀναπεπταμένοι* | naribus non angustis | naribus apertis | *ῥῖνας μὴ συμπεπιωκυίας* |
| 5 *ὦτα μικρά* | *ὦτα μικρότερα* | auribus adplicatis | brevibus auriculis et arrectis | *ὦτα προσεσταλμένα* |
| 6 | | | | |
| 7 | | | | |
| 8 *αὐχὴν λεπτὸς ὑγρὸς ἀνάσιμος . . μὴ βραχύς* | *αὐχὴν ὀρθὸς . . λαγαρός κτλ.* | [angusta] | cervice molli lataque nec longa | *τράχηλον ἁπαλόν* |
| 9 *χαίτη ὁμόχρους εὔθριξ* | | iuba crebra fusca subcrispa, subtenuibus saetis, inplicata in dexteriorem partem cervicis | densa iuba et per dextram partem profusa | *χαίτην βαθεῖαν οὐλοτέραν βραχὺ κεκλιμένην ἐπὶ τὰ δεξιὰ τοῦ αὐχένος* |
| 10 *στήθη μὴ στενὰ λίαν μηδὲ πλατέα ἄγαν* | *στέρνα πλατύτερα κτλ.* | pectus latum et plenum | lato et musculorum toris numeroso pectore | *στῆθος εὐρὺ μεμυωμένον* |
| 11 | cf. 17 | umeris latis | grandibus armis et rectis | *βραχίονας ὀρθούς* b) |
| 12 *πλευρὰς πλατυτάτας καθειμένας κάτω* | *πλευρὰ βαθύτερα πρὸς γαστέρα ὀγκωδέστερα* | | lateribus inflexis | |
| 13 *λαγόνα ὡς μικροτάτην* | *κενεὼν μικρότατος* | ventre modico | ventre substricto b) | *κοιλίαν εὔογκον* c) |
| 14 *ὄρχεις μικρούς* | *ὄρχεις] μὴ μεγάλους* | | testibus paribus et exiguis c) | *διδύμους μικρούς* d) |
| 15 | | lumbis deorsum versus pressis | latis lumbis et subsidentibus d) | |
| 16 *ἰσχίον μέγιστον πλατύτατον* | *ἰσχία πλατέα εὔσαρκα, ὀσφῦς πλατεῖα βραχυτέρα* | | | |
| 17 *ὠμοπλάτην ὡς μεγίστην πλατυτάτην* | *μηροὶ ὑπὸ ὠμοπλάταις βραχεῖς* cf. 11 | scapulis latis | | *ὠμοπλάτας μεγάλας* a) |
| 18 *ῥάχιν ὡς μεγίστην* | *ῥάχις διπλῆ τῆς ἁπλῆς ἡδίων* | spina maxime duplici, si minus non extanti | spina duplici a) | *ῥάχιν μάλιστα μὲν διπλῆν εἰ δὲ ⟨μή⟩, μή γε κυρτήν* |
| 19 *κέρκον μετέωρον δασεῖαν μακράν* | | coda ampla subcrispa | cauda longa et setosa crispaque | *οὐρὰν μεγάλην οὐλότριχον* |

| C p. 6 | Palladius IV 13 | Vergil, Georg. III 79 sq. | Calpurnius 6, 52 sq. | Nemesianus, Cyneg. 240 sq. | Oppianus, Cyneg. I 168 sq. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 *κεφαλὴν μικρὰν ἔχοντα καὶ διηρθρωμένην* | exiguum caput et siccum pelle propemodum ossibus adhaerente | argutum (Servius 'breve') caput | micat acre caput | capitique decoro altus honos | *βαιὸν κάρηνον, ὕψι μετέωρον, νεάτην γένυν ποτὶ δειράδα νεύοι* |
| 2 *μέτωπον ὁμαλόν* | | | excelsissima frons | ardua frons | *εὐρὺ φαιδρόν τε μεσόφρυον, ἐκ δ' ἄρα κόρσης ἀμφὶ μέτωπα τριχῶν πυκινῶν σείοιντο κόρυμβοι.* |
| 3 | oculi magni | | | oculique vago splendore micantes | *ὄμμα τορόν, πυρσωπόν, ἐπισκυνίοισι δαφοινόν* |
| 4 | nares patulae | | | fumant humentes calida de nare vapores | *εὐρεῖαι ῥῖνες* |
| 5 *ὠτία ὀρθὰ καὶ προϊστάμενα* | aures breves et argutae | | | aures agiles | *οὔατα βαιά* |
| 6 *γλῶσσαν μικρὰν καὶ λεπτήν* | | | | | *στόμα δ' ἄρκιον* |
| 7 *πρόσωπον σιμόν* | | | | | |
| 8 *τράχηλον ἁπαλὸν καὶ μεγαλοπερίοχον* | erecta cervix | ardua cervix | sine pondere cervix | plurima se validos cervix resupinat in armos | *γυργαλέη δειρή* |
| 9 *καὶ τὴν* (corrige *χαίτην*) *ἁπαλὴν, τρίχα οὐλοτέραν εἰς τὰ δεξιὰ νεύουσαν* | coma densa | densa iuba et dextro iactata recumbit in armo | | | *λασιαύχενος ἵππου*, cf. 2. |
| 10 *στῆθος εὐρύ πλῆρες καὶ μεμυωμένον* | pectus late patens | luxuriatque toris animosum pectus | | immodicumque latus | *πουλὺ στέρνον* |
| 11 *βραχίονας ὀρθοὺς διηρθρωμένους* b) cf. 17 | | | | cf. 8 | |
| 12 *πλευρὰς κεκυρτωμένας* | latus longissimum substrictum | | adductum latus | | |
| 13 a) *κοιλίαν εὔογκον,* b) *τινὲς δέ φασι συμπεπιεσμένην καὶ ταῖς λαγόσι συνεσταλμένην* | | brevis alvus | | parvaeque ingentibus alvi | |
| 14 *διδύμους μικροὺς ἰσομεγέθεις* | testiculi pares et exigui | | | | |
| 15 | | | | | |
| 16 *ἰσχία πεπληρωμένα πλάτος ἔχοντα διπλοῦν* | | | | | *ἴσχια πιαίνουσα ῥάχις* cf. 18 |
| 17 *ὠμοπλάτας μεγάλας διατετυπωμένας* a) | | obesa terga | terga sedent | ampla satis levi sunt aequora dorso | *εὐρέα νῶτα* |
| 18 *ῥάχιν ἐγκαθημένην διπλῆν ὁμαλήν* | | duplex agitur per lumbos spina | | | *ῥάχις ἀμφίδυμος* cf. 16 |
| 19 *οὐρὰν εὐμήκη ἔνουλον* | cauda profusior | | | | *πολλὴ .. τανύτριχος οὐρή* |

| Simon, Mus. Rhen. 51, 67 sqq. | Xenophon de re equestri I 1 | Varro II 7, 5 ed. Keilius | Columella VI 29, 2—3 | Geoponica XVI 1, 9 |
|---|---|---|---|---|
| 20 *δασέα τὰ παρὰ τὰς κνήμας νευρώδη ἄσαρκα* | *κνημῶν ὀστᾶ παχέα, σκέλη ὑγρά* | **cruribus rectis aequalibus intro versus potius figuratis (figurata cod.)** | **aequalibus atque altis rectisque cruribus** | *σκέλη ὀρθά* |
| 21 *ἄχρι τοῦ γόνατος, τὰ ἄνωθεν σαρκωδέστερα ἰσχυρότερα* | *γόνατα ὑγρῶς κάμπτων* | **genibus rutundis nec magnis** | **tereti genu parvoque neque introrsus spectanti** | |
| 22 *ὁπλὴ ἐλαφρὰ εὔφορος μήτε πλατεῖα μήτε ὑψηλή, σαρκὸς ὀλίγον ὄνυχα παχύν, κοίλη* | *ὁπλαὶ ὑψηλαί, πόρρω ἀπὸ δαπέδου χελιδόνα, κοῖλαι* | **ungulis duris:** | **duris ungulis et altis et concavis rotundisque quibus coronae mediocres superpositae sunt** c) | *ὁπλὴν εὐπερίγραφον καὶ πάντοθεν ὁμαλῶς συμπεπηγυῖαν*, **cf. 25 et 26** b) |
| 23 | | | **rotundis clunibus** a) | |
| 24 *μηριαίας μὴ σαρκώδεις* | | | **feminibus torosis ac numerosis** b) | *μηροὺς μεμυωμένους* a) |
| 25 | cf. 22 | | | *βάτραχον μικρόν* |
| 26 *ὄνυχα παχύν* | *ὄνυχες παχεῖς* | | | *ὄνυχα στερεόν* |
| 27 | | **toto corpore ut habeat venas, quae animadverti possunt, quod ⟨qui⟩ huiusce modi sit, [et] cum est aeger, ad medendum adpositus [corpore multo].** | **sic universum corpus compositum, ut sit grande sublime erectum ab aspectu quoque agile et ex longo, quantum figura permittit, rotundum** | |
| 28 | | | | |

Quid ex tabula proposita discamus, paucis adumbremus. Ipsa autem loqui videtur: cognoscimus enim nunc scriptores poetas Graecos Romanos ad unum omnes Simonis Atheniensis vestigiis insistere. Id quod ex Simonis fragmento ipso quamvis neglegentissime habito et depravato etiam melius quam ex tabula intellegere licet. Quid quod ille de equi forma multo accuratius egit illis, qui eius libellum postea compilaverunt? Idem ergo factum est, quod in aliis disciplinis observamus, ut princeps auctor summum adeptus sit fastigium, ad quod posteri non consurgerent, immo inde magis magisque delaberentur. Ita iam Xenophon, qui initio commentationis suae cum legentibus communicare non dubitavit se plerumque cum Simone de rebus, quas prolaturus esset, consentire. Pauca vero, quae de suo equinae formae addidisse videtur descriptioni, in libello eius ipse perlegas: facile eius additamenta a Simonianis discernuntur. Unum commemoro, quod in tabula non cognoscitur, Xenophontem Simoni vel in hac re se applicavisse, quod ab ungulis equi orditur, cum posteri a capite incipiant.

Varro Columella Geoponica codex Cantabrigiensis quam artissimo inter se coniuncti sunt vinculo, neque dubium est, quin plane coniventes ex eodem fonte hauserint ita non suo usi consilio, ut eorum verba inter sese comparata emendari possint. Et optimo iure Ricardus Heinze comment. Ribbeck. p. 435 trium primorum descriptiones composuit, ut demonstraret eos ab eodem scriptore pendere, quamquam vir doctus rem per se dilucidam esse ratus neque singulas notas

| C p. 6 | Palladius IV 13 | Vergil, Georg. III 79 sq. | Calpurnius 6, 52 sq. | Nemesianus, Cyneg. 240 sq. | Oppianus, Cyneg. I 158 sq. |
|---|---|---|---|---|---|
| 20 *κνήμας καὶ σκέλη ὀρθὰ καὶ μάλα ὑγρὰ εἰς τὸ ἐντὸς μέρος ἐπεστραμμένα* | | | | | *ὀρθοτενεῖς δολιχοί τε ποδῶν πηριηγέες αὐλοί, καὶ μάλα λεπταλέοι, καὶ σαρκὶ λελειμμένα κῶλα* |
| 21 *γόνατα μικρὰ στρογγύλα καὶ στερεά* | | | | | |
| 22 cf. 26 | **ungularum solida et fixa rotunditas, pes siccus et solidus et cornu concavo altius calciatus** | **cavatque tellurem et solido graviter sonat ungula cornu** | **pes levis et tornata levi substringitur ungula cornu** | **nec pes officium standi tenet: ungula terram crebra ferit virtusque artus animosa fatigat** | *ὁπλὴ ὕψι . . πυκινή κερόεσσα κραταιή, σφυρὸν ἀγκλίνοιτο* |
| 23 | **maximi et rotundi clunes** | | | | |
| 24 *μηροὺς μεμυωμένους* | | | | | *μηροὶ εὐπαγέες, μυώδεες* |
| 25 | | | | | |
| 26 *ὄνυχας στερεοὺς καὶ στεφάνην μὴ προπετῆ,* | cf. 22 | | | | *μέγας αὐτὸς ἐὼν περιηγέα γυῖα, δολιχὸν δέμας* |
| 27 *κύλικα μικρὸν* | | | | | |
| 27 *ὄρθιον ὅλῳ τῷ σώματι, εὐμεγέθη, διηρθρωμένον, μέγεθος ἱκανόν, τὰς δι' ὅλου τοῦ σώματος φλέβας εὐσήμους καὶ ἐπηρμένας,* | | | | | |
| 28 *χροιὰν δὲ φοινικὸν ἢ μέλανα* | | | | | |

curavit neque ceterorum de ista re testimonia respicere voluit. At oblocutus est Ernestus Keil, vir de Varrone meritissimus, in commentario in Varronis r. r. libros scripto p. 187 sq., nam neglecta sane Heinzii commentatiuncula vetuit philologos 'Columella Geoponicis abuti ad Varronis verba corrigenda', quoniam Columella et Geoponica 'multa descriptioni Varronianae addidissent, quae apud Varronem nunquam lecta fuissent'. Keilium autem secutus est Ihmius in editione Pelagonii p. 135 cap. 2, utpote qui Varronis descriptionem primarium esse fontem sibi persuaserit.

Neuter vero in rem diligentius inquisivit neque studuit difficultates mehercle inexsuperabiles, quae ista opinione probata existunt, infirmare aut diluere. Etenim eam opinionem falsam esse iam nemo Geoponicorum Columellae verbis cum Varronianis comparatis non intellegere potuit: nunc vero codice Cantabrigiensi protracto ceterorum testimoniis appositis ne tenuissimus quidem residet scrupulus. Ceteri enim testes non modo plura Varrone praebent sed etiam meliora signa, eaque ita comparata sunt, ut appareat ea primo lingua Graeca scripta per auctorem Romanum neque semper accurate versa et interdum neglegentius disposita vel plane omissa esse. Vapulabit nimirum M. Terentius, si singula ad obrussam exigemus, nisi forte eam ingrediaris viam, quam olim Ursinus et J. G. Schneider Saxo inierunt, qui omnes quos inveniemus errores Varronis temporum iniuriis imputaverunt. Namque et Columellam et auctorem Geoponicorum integriorem Varronis contextum manibus trivisse falso rati verba tradita, quae nos legimus, Reatini ferro ignique sanare non veriti sunt. Id quod Keilio improbatum est merito, quamquam ipse de

necessitudine scriptorum erravit verborumque traditorum nimis tenax fuit. Saepius autem vel aliis locis, ubi pedem offendit, aut difficultates praetermisit aut vi salebras removit, cum verba codicis molesta uncinis saepire iniuria satis habuit, cf. supra p. 11. Mihi via media ingredienda esse videtur: neque mihi dubium, testes ceteros si audiam, quin Varro cum alibi tum capite II 7 satis neglegenter egerit et exploratum esse puto verba Varronis in universum peius habita esse quam Keilius vir summus concessit. Et offendo pedem iam in primis verbis 'qualis futurus sit equus e pullo ('epulio' traditum) coniectari potest, si caput habet non magnum nec membris confusis si est, oculis nigris' e. q. s. Neque voluit neque potuit dicere naturam futuri equi cognosci posse ex pullo, si pullus caput magnum alia haberet: quod est ineptissimum: immo bonum ac non quemlibet Varro descripturus est equum. Itaque mihi certum necesse esse suppleamus post 'coniectari potest': 'fiet' vel 'erit bonus equus', quae verba iis quae antecedunt 'qualis futurus sit equus' verbis suo loco mota esse puto. Ita Columella, postquam de 'documentis honesti animi' dixit, pergit: 'corporis vero forma constabit exiguo capite' e. q. s. Geoponica autem: '*Τὸν δὲ πῶλον τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν διαγνωσόμεθα . . . οἷον ἀπὸ μὲν τοῦ σώματος*', codex C: *῞Ιππον φαμὲν ἀγαθόν κεφαλὴν μικρὰν ἔχοντα κτλ.* Neque minus exploratum est clausulam descriptionis Varronianae corruptam esse: 'Toto corpore ut habeat venas quae animadverti possint (traditum 'possunt'), quod ⟨qui⟩ huiuscemodi sit [et], cum est aeger, ad medendum adpositus [corpore multo]'. Vides, quam multa Keilius aliis praeeuntibus mutaverit, ut verba intellegi possent. At ego puto 'corpore multo' non glossam esse sed unum superesse ex iis, quae Varro de magnitudine totius equini corporis egerat; cf. in tab. Col. 27 et C 27, ubi etiam de venis sermo est. Sed nunc nos convertamus ad singulas notas, quas in tabula enumeratas apud Varronem aut legimus aut testimoniis ceterorum respectis desideramus.

Et ut de tab. 2; 6; 7[1]), quae non praebentur nisi a C, nunc taceam (cf. infra p. 22), 8; 14; 24 non sine magna scriptoris incuria omitti potuerunt, sicut aegre ferimus, quod quae alii 22, 25, 26 de ungulis accuratiora docent, a Reatino, qui 22 'clunis ungulis' contentus sit, fere negleguntur. Alienissimo loco 1 b positum est, quia ordinem singulorum membrorum a capite incohatum disturbat, idem dicendum est de 17, quod in Geop. et C recte collocatum extat. Neque extrico, quomodo 10 'pectus latum et plenum' accusativus excusari possit, cum ablativo sit opus.

Num 1 b delebimus? Nimirum fuit valde neglegentis de membris equi universis loqui, quoniam de singulis verba facere coepit. Silet Keilius, quamquam equidem ne structuram quidem quam vult verborum intellegere possum: 'qualis futurus sit equus e pullo coniectari potest, si caput habet non magnum nec membris confusis si est, oculis nigris' (secuntur tredecim ablativi eiusdem farinae): quoniam vir doctissimus post 'est' virgulam posuit, omnes ablativos plane in aëre pendere vides, cum antea 'si' sine ulla necessitate repetita est. Vix opus est dicere interpungendum esse: 'si caput habet non magnum nec membris confusis, si est oculis nigris' e. q. s. At enim quis unquam membra capitis ac non partes vidit? Ursinus ergo proposuit 'nec membra confusa' ordine membrorum ita sane non restituto, J. G. Schneider relegavit verba violenter in antecedens enuntiatum. Ego nil muto, etenim lege sodes, quae C de equino capite habet: '*κεφαλὴν ἐχέτω μικρὰν καὶ διηρθρωμένην*'. Audisne nunc Varronem voculam extremam Graecam vertentem? Satis stolide, concedo, attamen accuratissime, nisi quod particula neganti utitur (ut 1; 4; 21). Neque anceps haereo, utrum scriptori an codici imputandum sit, quod 8

[1]) Numeri, quos hic et insequentibus paginis affero, non pertinent nisi ad tabulam propositam.

apud Varronem deest: Keilius quidem 'angusta' adiectivum ibi traditum expunxit tamquam 'ex superioribus vitiose repetitum', nil ergo ibi desideravit. Quid? Varronem num verisimile est unum ex testibus productis omnibus de notissima equi parte quae legerat plane oblitum esse? Nonne plagulis dignus foret? Quid quod ipse 10 de dextra parte cervicis loquitur?

Itaque 8 lacunam statuendam esse opinor, quam Ursinus olim bene supplevit, cum scriberet: ⟨cervice molli non⟩ angusta. Keilius vero iniuria ait 'non aptam dici angustam cervicem': nonne 'schmal', 'schmächtig' notio egregie huc quadrat? Quid sibi velit accusativus 10, me non intellegere iam dixi, itaque ablativus 'pectore lato et pleno' revocandus erit, nisi scriptorem ad tantam neglegentiam progressum esse putabimus, ut hunc accusativum falso poneret, quod 9 'in dexteriorem partem cervicis' dixerat. Contra ipsius errori ascribo, quod 17 alieno loco apparet, cum ad 10 pertineat. Etenim Varro, cum 11 *βραχίονας* 'Armbein' non accurate, sicut Columella, per 'armos' sed neglegentius per 'humeros' vertisset, 'humeris latis' et 'scapulis latis' iuxta ponere veritus est, quod fere idem significare viderentur: itaque ordinem genuinum turbare maluit. Porro valde displicet, quod 14 et 24 apud Polyhistorem frustra quaerimus, cum ceteri de iis verba faciant: timeo autem, ne ibi auctor peccaverit, cui partes istae corporis minus memoria dignae viderentur. Idem de 12 puto, quod etiam in Geoponicis omissum est. Valde notabile est 5 'auribus applicatis', quod egregie respondet Geoponicorum '*ὦτα προσεσταλμένα*', cum Columella 'breves auriculas et arrectas', C '*ὠτία ὀρθὰ καὶ προϊστάμενα*', Palladius 'aures breves et argutas' poscant. Quomodo orta est discrepantia? Mecum si facis, res facile explicatur: ΠΡΟϹΕϹΤΑΛΜΕΝΑ et ΠΡΟΕϹΤΑΛΜΕΝΑ (sicut hodie perperam in optimis Geoponicorum codicibus F M legitur!) et ΠΡΟΙϹΤΑΜΕΝΑ promiscue in exemplaribus Graecis iam olim lecta sunt: Varro illud, Columella Palladius hoc in sermonem Latinum transtulerunt. Ita factum est, ut, quamquam eundem auctorem exscribebant, de auribus plane inter se contraria proferrent[1]). 10 Varro '*μεμνωμένον*' non reddidit nisi per 'plenum' (*πλῆρες* C): parum diligenter. 13 'modico' = *εὔογκον*, Columella 'substricto' = *συμπεπιεσμένην*: utrumque in C (sed cf. infra). 15 plane deest apud Graecos, cum Columella accuratius Varrone; sed quoniam 16 apud Romanos desideratur, fortasse de eorum errore cogitare possumus. 20 'figurata' recte ab editoribus in 'figuratis' mutatum esse nunc ex C perspicimus (*σκέλη . . . εἰς τὸ ἐντὸς μέρος ἐπεστραμμένα*) ceterum pleniore. Mirum, quod id Columella ad 21 traxit, cum diceret 'tereti genu parvoque neque introrsus spectanti': uter rectius egerit, dubito. Iucundus olim et J. G. Schneider etiam hic Varronis contextum e Columella emendare studuerunt: nunc C vero Reatino succurrit. Antiquissima extat, ni fallor, discrepantia in 3, ubi Varro fratresque eius oculos ΜΕΛΑΝΑϹ, Simon Xenophon (Palladius) fere ΜΕΓΑΛΟΥϹ postulant, quod praeferam, cum de colore ceterum taceant: quamquam cogitari potest in communi fonte posteriore utrumque probatum fuisse. At 9 Varro plus aliis testibus praestans '*ἁπαλὴν*' per 'subtenuibus saetis', '*οὐλοτέραν*' per 'subcrispa' interpretatus 'fusco' de suo addidisse videtur: invita, ut opinor, Minerva, cum non de fusco equo verba faciat. Ibidem et 18 eum diligentius vestigia scriptoris, quem secutus est, servantem videmus[2]). Idem de 27 dicendum est, quamquam hoc lacunosum est.

---

[1]) de confusis participiis *προσεσταλμένος* et *προεσταλμένος* (quod nihili est) recte actum in Stephani Thesauro s. v. *προσστέλλω*.

[2]) Romani scriptores '*διπλοῦς*' anxie per 'duplex' reddiderunt: Servius Verg. Georg. 87 explicat 'aut re vera duplex aut lata'. Hoc unice verum esse consentaneum est, cf. Apsyrti de asini forma optima G 54 *νῶτον*

Sed tempus est sistere gradum, nam timeo, ne nimis diu apud Varronem moratus sim. Abunde enim quae protuli sufficiunt ad id demonstrandum, quod mihi proposueram, posteros non ex Varrone sed ex eodem libro atque illum equini corporis descriptionem hausisse. Qualis hic liber fuerit, iam Ricardus Heinze ll. intellexit. Similiter enim atque loco allato res sese habet de forma bovina, quam Columella VI 1, 2 descripturus 'Mago, inquit, Carthaginiensis ita prodidit, ut nos deinceps memorabimus'. Magonis autem libros Cassius Dionysius Uticensis anno fere octogesimo octavo a. Chr. n. lingua Graeca vertit et multa de Graecorum scriptorum libris in sua volumina XX adiecit. Quadraginta annis post Diophanes in Bithynia Cassii opus in epitomam librorum sex redegit 'utiliter': cf. Varro rr. I 1, 10 et Susemihl Gesch. d. griech. Litt. I 830. Nunc vero constat Photio et Geoponicis testibus (Rh. M. 45, 66; 81) Diophanis epitomam ab Anatolio exscriptam esse, scimus autem fragmenta II—V Cantabrigiensia ad Anatolium redire: nonne concludere licebit etiam fragmenta VI et VII ex eodem Berytio prompta esse? Idem, si hoc verum est, de fragmento I dicendum erit (cf. supra). Porro ubi alia fragmenta Cantabrigiensia II—V cum Romanis scriptoribus consentiebant, iam manifestum est Diophanis sapientiam ibi deprehendi. Iam pridem suspicatus eram a Varrone ceteris scriptoribus posteris non ipsum amplissimum Magonis aut Cassii Dionysii opus inspectum esse, quamquam nominibus illorum utuntur[1]), cum Varro epitomam Diophanis, sicut modo legimus, tamquam 'utilem' praedicet.

Quae suspicio nunc confirmatur consensum reputantibus Anatolii, id est Diophanis, in Geoponicis Hippiatricis fragmentis Cantabrigiensibus et Varronis Columellae Palladii. Sed haec quaestio longius patet neque hic a me profligari potest. Et ut ad equi descriptionem redeamus, memoria dignum est, quod Cassius Dionysius formam equi optimam non Magone Africano sed Simone Atheniensi duce depinxit. Neque tamen id mirum, nam Graeci Romanive quid de Africanis equis quamvis celerrimis senserint, discimus ex fragmento insequenti (p. 28, 20): *Λίβυες ὀφθῆναι μὲν ἀπρεπέστατοι καὶ μικροὶ τὰ σώματα.*

A Varrone nemo pendet, ne Vergilius quidem, quamquam is paucis equi notis contentus est[2]). Nam 1 'argutum' respondet Graeco '*διηρθρωμένον*' ac non Varronis errori supra castigato; 8 'ardua cervix' frustra apud Varronem quaerimus (cuius contextum sane hic mancum esse intelleximus) alios: cf. vero Simonem Xenophontem Palladium. 10 poeta egregie *μεμυωμένον* transcribit: Varro hic neglegentius egit, Columellae autem fortasse Vergilii locus obversatus est. Minus accurate Mantuanus poeta 13 et 17 neque plane cum Varrone consentiens. 18 sicut ceteri '*διπλοῦς*' 'gekrümmt' anxie per 'duplex' reddidit a sermone Latino alienum, diligentius etiam 9 vertit. Ac nemo emunctae naris venustissimum poetam vituperabit, quod de iis equi membris tacet, quae homo harum rerum imperitus aut nulla contemplatione digna putat aut omnino non distinguere potest[3]). Attamen desunt graviora eaque maxime conspicua (3, 4, 5, 11, 12). Quo magis mirari subit, quod Plinius hist. nat. 8, 162 'Forma', inquit, 'equorum qualis maxime legi

*μέγαν καὶ τὴν ἐν αὐτῷ ῥάχιν πλατεῖαν, μὴ κυρτὴν δὲ ἢ κοίλην.* Geoponicorum verba iure igitur e Varronianis correxerunt, *μή* alterum supplentes.

[1]) locos congessit Reitzenstein d. scr. rr. l. p. 57. Diophanes praeter Geoponica non citatur nisi apud Gargilium Martialem 3, 3 et 4. Alibi prodit 'Mago' vel 'Cassius Dionysius'. Versionem latinam prae Cassio Dionysio plane evanuisse ex Varrone ll., qui de illa silet, colligitur, neque multum 'Magoni' nomini tribuendum, quo saepius utuntur.

[2]) Vergilius ipse significat sibi equum Graecum ante oculos obversari, v. 89.

[3]) perscitum etiam fecit poeta, quod illas equi notas non uno inseruit lino, sed ut legentium evitaret fastidium, quaedam de coloribus et de animo equi v. 81—85 interposuit.

oporteat, pulcherrime quidem Vergilio vate absoluta est'. Vergilii descriptionem ut homo Romanus elegans ac non ut rerum naturalium peritus iusto pluris fecit. Ipse silet de equi forma, etenim pergit: 'sed et nos diximus in libro de iaculatione equestri condito, et fere inter omnes constare video'. Quod de consensu omnium ait, quam recte dictum sit, nunc cognoscimus. Et Plinius quidem minor ep. III 5 de isto avunculi libro, quem ille primum scripsit, 'hunc', inquit, 'cum praefectus alae militaret, pari ingenio curaque composuit'. At ex libro, si extaret, de equi forma certe nihil novi disceremus, quia auctor sine dubio ex eodem fonte atque ceteri biberat. Neque posteris poetis descriptio Vergiliana probata est: alias praebent notas, quas plerasque ex Diophane sumpserunt. Et tradunt paucissimas Calpurnius, plures Nemesianus, plurimas Oppianus[1]), qui vocatur. Quid quod is nonnullas adhibet vel a Varrone Columella spretas, ut aut ad ipsius Cassii Dionysii opus rediisse aut Diophaneam descriptionem alienis amplificavisse censendus sit?

Diutius nos morantur C et Geoponica, quae qua necessitudine inter se iuncta sint, nunc consideremus. Atque apparet neque C ex Geoponicis sua hausisse neque Geoponica a C pendere, nam utriusque non pauca propria sunt. Compilatores vero istos eius prosapiae et infimae aetatis ipsos Diophanis epitomam digitis volvisse omnino incredibile est. Immo equi descriptionem iis per eundem Anatolium, ad quem fragmenta 2—5 rettuli, suppeditatam esse iam dixi: videlicet ipse auctor in initio fragmenti alterius supra p. 5, 6 legentes relegat ad caput, quod de equi forma scripserit. Res igitur nulli dubitationi obnoxia est: ea ergo quae C cum Geop. XVI 1 in tabula communia habent, Anatolio vindicanda sunt. At quaestio oritur, unde C fragmenti sexti et initium et clausulam sumpserit. Atque clausulam inde a *ἑστάναι* incipientem, quoniam similia atque frg. I praebet, iam supra attuli. Prima autem verba considerantes ad fragmentum septimum ttendimus, in quo desideramus verbum, a quo accusativus (*τὸν δὲ σκολιὸν*) pendeat: ex antecedentis particulae initio illud divulsum esse et per se clarum est et ex celeberrimo Platonis loco evincitur, quem C exscripsit. Ait enim divinus philosophus de equo bono et maligno in Phaedro 253d ed. Schanz haec:

*ὁ μὲν τοίνυν αὐτοῖν ἐν τῇ καλλίονι στάσει ὢν τό τε εἶδος ὀρθὸς καὶ διηρθρωμένος, ὑψαύχην, ἐπίγρυπος, λευκὸς ἰδεῖν, μελανόμματος, τιμῆς ἐραστὴς μετὰ σωφροσύνης τε καὶ αἰδοῦς καὶ ἀληθινῆς δόξης ἑταῖρος, ἄπληκτος κελεύσματι* (sic t, Heraclitus: *κελεύματι* BT) *μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχεῖται. ὁ δ' αὖ σκολιός, πολύς, εἰκῇ συμπεφορημένος, κρατεραύχην, βραχυτράχηλος, σιμοπρόσωπος, μελάγχρως, γλαυκόμματος, ὕφαιμος, ὕβρεως καὶ ἀλαζονείας ἑταῖρος, περὶ ὦτα λάσιος, κωφός* (*λασιόκωφος* B, Photius, Synesius), *μάστιγι μετὰ κέντρων μόγις ὑπείκων.*

Quae ita in fragmentis Cantabrigiensibus redeunt, ut non desint, nisi quae Plato de

---

[1]) Oppianus 1, 2, 3, 6 quae profert, cum ne apud Simonem quidem Xenophontemve reperiantur aliunde atque ex Diophane eas notas sumpsit. Descriptione finita v. 196 ait *Τυρσηνοὶ τοιοίδε καὶ Ἀρμένιοι καὶ Ἀχαιοί | Καππαδόκαι τε κλυτοὶ Ταύρου προπάροιθε· νέμονται:* quod noli urgere, nam v. 173 antequam incipiat legimus *ἵππον δ' ἐν πάντεσσι πανέξοχον ἐφράσσαντο | ἴδμονες ἱπποδρόμων καὶ βουκολίων ἐπίουροι | εἴδεσιν ὃς τοίοισιν ὅλον δέμας ἐστεφάνωται.* Unum igitur, quod in nostra tabula repraesentatum videmus, clarissimum equorum genus extabat ex diversis nationibus ortum et conflatum, quocum consentit Nemesianus, qui a Graeco equo postulet, ut notas Cappadocum referat. Ex Asia igitur nobiles equi ad genus faciendum fortasse iam ante Simonis tempora in Graeciam missi sunt. Notabilis autem discrepantia 8, ubi alii auctores alia proferunt. Fieri potest, ut hic singulis testibus diversa equorum genera ante oculos obversata sint, cum cervix equina maxime conspicua sit: et Diophanem vel Dionysium unum illud genus equorum Asiaticum Graecumve describere satis habuisse vix credibile est.

moribus equorum nimis humana dixerat. Signorum corporeorum *μελανόμματος* solum in C desideratur, nescio an iniuria temporum, cf. tab. 3. Neque qui pannulum istum capiti assuit, curavit, ut Plato cum aliis capitis partibus consentiret. Immo ad tantam stupiditatem progressus est, ut quod philosophus de equo pravo dixerat *σιμοπρόσωπος* et ipse frg. 7 recte repeteret idemque mente capta de bono equo frg. 6 contenderet in tab. 7, ubi ceteri testes de ea nota silent. Neque igitur quisquam mirabitur, quod et Platonis *μελάγχρους* (frg. 7) tamquam quid vituperabile retinuit et 28 equum bonum esse dixit *χροιὰν φοινικὸν ἢ μέλανα.* Neque minus moleste repetit post Platonis *τό τε εἶδος ὄρθιον καὶ διηρθρωμένον* Cassii Dionysii descriptione finita 27 *ὄρθιον ὅλῳ τῷ σώματι, εὐμεγέθη, διηρθρωμένον*; cf. supra p. 18.

Atque extra omnem dubitationem positum esse videtur a nullo vel mediocriter sano scriptore talia intra brevis particulae ambitum uno tenore proferri potuisse neque ab ipso pecore Cantabrigiensi post annum fere 950 p. Chr. vivente (Rh. Mus. 51, 14, 2) Platonis locum ipsum inspectum et adhibitum esse. Num ergo colligemus ab alio quodam scriptore Platonica, ab alio descriptionem Cassii Dionysii suppeditata esse? Constat autem descriptionem Cassii Dionysii per Anatolium in C venisse: num erit necesse Anatolio Platonis locum abiudicare et alii cuidam assignare? Quaestionem promovet Geop. XVI 2 quod hic apponam:

Geop. XVI 2. *Ἵππου σημεῖα. Πελαγωνίου.*

1 *Τινὲς δὲ καὶ τοὺς ἑτεροφθάλμους ἐν τοῖς καλλίστοις τάττουσιν, οἷόν φασι γεγεννῆσθαι τὸν τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου Βουκέφαλον. γλῶσσαν δὲ* (om. FM optimi Geop. codd.: omnia ergo quae secuntur de Bucephalo dicta volunt) *λεπτὴν καὶ μακρὰν ἐχέτω* (om. FM) *τὸ δὲ πρόσωπον σιμὸν ἢ ἐπίγρυπον. δεῖ δὲ αὐτὸν εἶναι* (*δεῖ — εἶναι* om. FM) *ὑψαύχενα, γαῦρον, γλαυκόν, δυσαγγάλιστον, ὀρθόν, τόν τε τράχηλον* (*ὀρθόν τράχηλόν τε* FM) *πλήρη καὶ παχύν, τουτέστιν οὐ βραχυτράχηλον, γαστέρα συμπεπιεσμένην, καὶ ταῖς λαγόσι συνεσταλμένην, τὸ μέγεθος ἱκανόν, τὰς δι' ὅλου τοῦ σώματος φλέβας εὐσίμους καὶ ἐπηρμένας, τὴν χροιὰν κατακόρως μέλανα.* 2 ***Πλάτων*** *δὲ τοὺς λευκοὺς ἀποδέχεται, ὡς ἐν τῷ λευκῷ καὶ τῷ μέλανι τὴν ἀκρότητα ἐπαινεῖσθαι.* 3 *καὶ τὸν φοινικίζοντα δὲ συναριθμοῦσι τοῖς ἀγαθοῖς ἵπποις· συμβαίνει δὲ καὶ ἄλλης χροιᾶς ἀγαθοὺς ἵππους εἶναι πολλάκις.* 4 *ἀγαθοῦ δὲ ἵππου καὶ τοῦτο τεκμήριον, ὅταν ἑστηκὼς μὴ ἀνέχηται, ἀλλὰ κροτῶν τὴν γῆν ὥσπερ τρέχειν ἐπιθυμῇ* (ad extrema cf. frg. I).

Vides 6, 7, 13b tres eas notas tabulae, quas C solus praebet, praetereunt ceteri testes, hic redire[1]). Atque 6 *μικράν* in C pro *μακράν* Geoponicorum est varia lectio, quae cum commemoratu digna sit, iam a Needhamio ex nostro codice ad Geoponica allata est, neque recte fecit novissimus eorum editor, quod discrepantiam non adnotavit. Utra vero melior sit, equidem diiudicare non possum. Valde notabilis est 7, ubi ex Geoponicis cognosci potest, quomodo foedissimus error codicis Cantabrigiensis, quem modo castigavi, ortus sit. Geoponica enim praebent: *τὸ δὲ πρόσωπον σιμὸν ἢ ἐπίγρυπον,* C: *πρόσωπον σιμόν.* Illud ineptum, hoc falsum. Etenim *σιμός* ('stülpnasig', 'konkav') et *ἐπίγρυπος* ('etwas gekrümmt', 'krähennasig', 'ziemlich konvex') inter se contraria sunt[2]). Utrumque ergo promiscue nemo sanus de facie equina bona proferre potuit, neque

---

[1]) *μέτωπον ὁμαλόν* C 2 etiam hic deest; nescimus ergo, unde sumptum sit.

[2]) Apud Simonem traditum legimus (Rh. M. 51, 68, 15) *κεφαλὴ ἐπισημο^ττ', ἐλαφρά.* Blassius qui *ἐπισιμοτάτα* traditum esse putabat, *ἐπίσιμος* scripsit, quod ego ll. ita complexus sum, ut superlativum servarem: ut nunc arbitror, iniuria. Lectio enim tradita bene sese habet: *ἐπισημοτάτη* 'sehr scharf ausgeprägt' optime respondet vocibus '*διηρθρωμένη*' (C), 'argnto' (Vergilii), '*ὀστώδης*' (Xenophontis), 'pelle propemodum ossibus adhaerente' (Palladii), cf. tabulam. Contra in *ἐπισιμοτάτη*, ut iam vidit Blassius, displicet superlativus

protulit Plato, qui *ἐπίγρυπος* de bono, *σιμός* de malitioso animali dixerat. Num ergo in Geoponicis emendandum: *τὸ δὲ πρόσωπον ⟨μὴ⟩ σιμὸν ἀλλ'* [*ἢ*] *ἐπίγρυπον* vel *τὸ δὲ πρόσωπον ἐπίγρυπον ⟨καὶ μ⟩ὴ σιμόν*? At vereor, ne ita inscitiam compilatoris, quisquis fuit primus, incredibilem sublevemus, nam quod superest solum *σιμόν* in C, facillime ex Geoponicorum lectione tradita prodire potuit, cum neglegenti cuidam codicis scribae vel ipsi compilatori C alterum adiectivum satisfaceret. Nil ergo in Geoponicis mutandum esse censeo, quamquam miror Beckhium cum verborum contextum constitueret in difficultate ista conivere. 13 b Geoponicorum *γαστέρα* (*κοιλίαν*) *συμπεπιεσμένην καὶ ταῖς λαγόσι συνεσταλμένην* per *τινὲς δέ φασι* a C agglutinatum est notae *κοιλίαν εὔογκον* Diophaneae. 27 consentiunt verba *μέγεθος — ἐπηρμένας* et quae de colore secuntur, quae in C in brevius contracta esse nunc ex Geoponicis discimus. Imprimis autem memoria dignum, quod Plato hic nomine appellatur. Denique etiam *ἑστάναι μὴ ἀνεχόμενον κτλ.* in Geoponicis redeunt, in quibus vero extrema codicis Cantabrigiensis *ψυχὴν ἀκατάπληκτον κτλ.* desiderantur. Cognoscimus ergo descriptionem equi, quae redit ad Cassium Dionysium, per Anatolium suppeditatam a C ex copiis eius scriptoris completam esse, unde Geop. XVI 2 fluxit. Lemma vero *Πελαγωνίου* falsum esse — quae est vanitas omnium in Geoponicis lemmatum — et per se certum est et probare possumus, quoniam aliter constituta Pelagonii de re verba aetatem tulerunt, sicut supra exposui, cf. p. 13. Cuius tandem scrinia uterque expilavit? Responsio parata est, cum reputemus non modo in C additamenta ista descriptioni Dionysio-Anatolianae intermixta esse, sed etiam Geop. XVI 2, 1—3 eidem, quae in antecedenti capite (XVI 1, 9) extat, descriptioni manifesto agglutinari: id prima verba *Τινὲς δὲ καὶ τοὺς ἑτεροφθάλμους ἐν τοῖς καλλίστοις τάττουσιν* ostendunt, quae initio capitis plane insulsa sunt. Neque placent § 4 *ἀγαθοῦ δὲ ἵππου καὶ τοῦτο τεκμήριον κτλ.*, quae ad XVI 1, 10 pertinere manifestum est: haec sententia a compilatore ita inscite ceteris huius capitis partibus annexa est, ut hiatum apertum cognoscamus: nam cum totum caput *σημεῖα ἀγαθοῦ ἵππου* complectatur, compilatorem iterum quasi ab integro ordiri in propatulo est. Idem igitur Anatolius, qui cetera omnia compilatori Cantabrigiensi adhuc praestitit, in XVI 2 prodit auctor. At enim de illo auctore cogitari posse modo negavimus, quandoquidem inter Platonem et Dionysium (i. e. Anatolium) non bene conveniret. Sed vide, ne iusto severius iudicaverimus. Etenim Anatolius quae priores de re rustica dixerant satis habuit in universum collecta proponere minime opiniones inter se discrepantes curans. Neque tamen ei soli socordiam compilatoris Cantabrigiensis imputamus. Nam, sicut ex Geoponicis nunc videmus, Anatolius Platonis verba nomine auctoris apposito attulerat neque sicut hodie in C fit, cum Dionysiacis confuderat, quamquam ibi foedum errorem a nobis detectum commisit. Quid quod alio Geoponicorum loco XV 1, 8, ubi Plato laudatur, ita ad philosophum relegamur, ut appareat verba philosophi summi a compilatore ipso non lecta esse (Rh. M. 48, 8, 2)? Cassianus Bassus igitur qui tractatum istum XV 1 *περὶ φυσικῶν συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν* scripsit, etiam hic Platonem iam ab Anatolio allatum invenerat. Sane risum ciet, quod Platonem tamquam equi peritissimum auctorem ab Anatolio inter mulomedicos

---

et verbum ipsum inusitatissimum est neque extare videtur nisi apud Boeckhium, Erkl. ein. aegypt. Urkunde p. 4, 7: *στρογγυλοπρόσωπος* C. O. Müller, Hdb. d. Arch. § 329, 4, quem locum debeo Hasio in Stephani Thesauro s. v. allatum. Ceteri usurpant aut *σιμός* aut *ἀνάσιμος*, quod bis in parvo frustulo Simonis occurrit de cervice paulo ante dictum ll. p. 17, 11 et 12. Denique si *ἐπίσιμος* Simoni damus, eum aperte Platoni refragantem facimus. Diversa sane est quaestio, quam hic non profligare possum, num equi Graeci re vera *ἐπίγρυποι* fuerint.

et pastores equorum numeratum esse legimus. Quod vero excusari intellegique potest, cum Anatolium quarto fere post Christum saeculo floruisse reputemus, quo tempore Platonici recentiores amplissima erant auctoritate. Nolo autem hic repetere, quod de persona Anatolii Rh. M. 45, 98, 1 exposui: sane ab eo Anatolio, ad quem Porphyrius sua Ὁμηρικὰ ζητήματα misit, diversus est.

Quoniam de fragmento, quod superest, Cantabrigiensi octavo singulariter res se habet, nunc paucis comprehendere libet, quae adhuc lucrati simus ad fontem, unde hauserint Geoponica Hippiatrica scriptores Romani, melius quam adhuc licuit in universum detegendum atque purgandum. Et demonstravimus fragmenta Cantabrigiensia, quae adhuc nobis occurrerunt, ad Anatolium redire. Eiusdem celeberrimum et amplissimum opus Geoponicorum fundamentum esse aliunde scimus. Itaque fieri potuit, ut fragmentis novis non paucos Geoponicorum locos vel plane eosdem vel simillimos apponere liceret. Porro vidimus Anatolio, ubi cum scriptoribus Romanis consentiret, libros Cassii Dionysii a Diophane in epitomam redactos subesse. Nunc vero a Geoponicis saepissime Diophanea servata esse testibus Varrone Columella Palladio probari potest: ergo ea omnia ab Anatolio Cassiano Basso suppeditata esse colligemus. Tamen restare difficultates, si singula examinabimus, intelleges, si Geop. XVI 1 plus semel supra allatum mecum totum eo consilio percensebis, ut quae ex Anatolio sumpta sint, statuas. Constat autem caput ex septendecim paragraphis, quae vocantur, quarum §§ 3, 5, 6, 8—10, 11 (init.), id est fere dimidiam capitis partem ex Anatolio fluxisse supra ostendimus. Quae restant §§ 1, 2, 4, 7, 11 b, 12 praeter § 17 ita comparatae sunt, ut arte cum Anatolianis cohaereant; deinde cum Romani scriptores cum iis consentiant, ad Cassium Dionysium referendam esse doctrinam colligitur. Attamen si quis eas omnes Anatolio tribuet, falsusne erit? Etenim quae 12—16 de aetate e dentibus cognoscenda leguntur, propterea non Anatolii esse posse videntur, quod is negat e dentibus quicquam perspici; cf. supra p. 7. § 1 autem de aetate et forma equarum praecepta refragantur manifesto Anatolianis, quae supra p. 5 sq. edidimus. §§ 2, 4, 7, agitur de admissariis (de eorum forma, quam saepe eos admittere oporteat, quomodo incitentur): quas quamquam egregie ad rem faciunt a nullo suppeditari potuisse nisi ab Anatolio probare non possum. Idem de § 11 b dicendum est (de frenis suspendendis). Sed num probabile est Diophanea ea omnia, quae apud Columellam et Varronem leguntur coniuncta, postquam in Geoponica per varios quidem compilatores venerunt, a Cassiano Basso rursus in integrum restituta esse suopte ingenio et arte? Confiteor vero me unam videre viam, quam ingressus etiam §§ 1 et 12—16 Anatolio quamvis ei improbatas ascribere possis: constat enim — quod saepius monui — ab eo homine diversissimas et inter se contrarias sententias consarcinatas esse. Restat vero § 17, quae non ad rem facit: *ἵππος δὲ καθόλου οὐ νοσεῖ, ἐὰν ἐλάφου κέρας τούτῳ περιάψῃς.* Redeunt enim verba paulo post aliter constituta XVI 3, 6 *οὔτε δὲ βόες οὔτε ἵπποι κτλ.*, quo loco ea genuina esse, cum ampliora et capiti *περὶ διαφόρων νοσημάτων* inscripto idonea sint, non difficile intellectu est[1]). Iniuria autem repetita sunt ad finem XVI 1 ab eo stolido homine, qui saeculo decimo p. Chr. n. Geoponica retractavit et lemma ineptissimum *Ἀψύρτου* ad XVI 1 appinxit, quod furcis velim expellas.

Sed quisquis fuit, qui copias Cassii Dionysii olim Cassiano Basso praebuit, nostra maxime interest pretiosissimas singularis illius operis relliquias quam fieri potest plurimas recuperare.

---

[1]) Quae cum legantur in Africani Cestis cap. 43 (Mathematici veteres ed. Thevenot p. 303 a, 30), non dubium est, quin etiam ea compilator Geoponicorum debeat Anatolio, quem Africani opus compilavisse scimus.

Geoponica cum Romanis scriptoribus comparanti id facillime contingit. Utinam mox aliquis laborem bonae frugis plenissimum suscipiat! Satis multum enim temporis lapsum est, ex quo Buecheler (Rh. M. 39, 391) primus errantibus viam monstravit, Heinzius recte in universum sed nimis breviter et parum accurate de re gravissima disputavit[1]. Ne obliviscamur illud opus redintegrandum esse, cui Carthaginienses debent, quod in historia litterarum immortales sunt. Iis vero qui Graecas litteras solas admirantur, contemnunt alienas, considerandum est a Cassio Dionysio multa de re rustica praecepta, quae apud plus quinquaginta, quos enumerat Varro rr. I 1, 8, scriptores Graecos legerat, suis voluminibus inserta esse. Quibus Simonem Atheniensem accedere nunc vidimus. Nunquam vero continget, ut Cassii Dionysii vel Diophanis libris restitutis Graecorum praecepta a Magonis ipsius disciplina distinguamus, nisi forte nova adminicula nobis sese offerent.

## VIII.

Caput, quod propositurus sum, bis publici iuris factum est. Primo divulgatum a Cramero in anecdotis Graecis Oxoniensibus IV 256—258, ubi extat inter 'Excerpta Varia': de eius origine ait Cra(mer) 'inter alia frag. e Codd. Bodl. exscripsit doct. vir Cherry, Arch. Sed. 28 cuius haec nota praefigitur excerpt. "Aliud ex alio Msto frag. communicavit mecum cl. Bernardus". Qui codex Oxoniensis iste sit, nondum eruere potui: vix est Baroccianus 164 saec. XV, in quo 'veterinaria' insunt 'libri duo', quoniam is cum G, in quo caput desideratur, omnino concinere videtur. Nisi forte Bernardus ipsum codicem Cantabrigiensem inspexit, non dubium est, quin librarius ille Oxoniensis codicem C hic cum pulvisculo exscripserit omnia menda et lacunas anxie servans et ipse nonnullos errores novos committens: quae omnia infra annotabo (O) ne pusillis quidem discrepantiis omissis ne de origine ulli iam dubitationi locus sit[2]. Testis tertius autem accedit hippiatricorum codex Londinensis (L) Sloane 745, in quo fol. 28 sq. caput apparet. Cum de L propediem in Museo Rhen. vol. 51 paulo accuratius acturus sim neque quidquam novi uno de Thessalis equis loco excepto Bussemakero teste inde hic redundet (cf. vero etiam p. 31), hoc adnotasse sufficit. Deinde extat caput in codice Athoo (D), quo Aristophanis Byzantii epitoma historiae animalium Aristotelicae tradita est, quam edidit Spyridon Lambros, 'Commentaria in Aristotelem Graeca', suppl. I p. 146—149. In fragmentorum numero est, quae aliunde a compilatore in librum collectionis secundum congesta sunt (§ 588—609). Verba autem, quae ibi inveniuntur, non leviter discrepant a C, quoniam D non modo crebro corrosus est[3], sed etiam haud pauca servavit, quae in C desiderantur, ut de emendationibus, quas D praebet et de inverso equorum generum ordine hic taceam. Ita factum est, ut a C haec scriptoris verba, a D illa memoria digna putata aetatem tulerint et utroque inter sese comparato imago

[1]) Comment. Ribb. p. 434—440, commentariolus de hac re scriptus sex paginas explet!

[2]) Duae emendatiunculae ἐμβριθεῖς p. 27, 7 et Ὑρκανοί p. 30, 8 non codici O deberi sed elapsae esse videntur editori invito, qui anxius cetera codicis monstra servavit. Atque cum p. 30, 10 et 13 χειλοσιτοῦσι et γένοιτο non modo in O punctis infra lineam positis notata sint, sed etiam in C (ubi ea puncta etiam alibi saepe apparent), puto Bernardum ipsum codicem C manibus versavisse et Cra vel eius auctorem de origine capitis erravisse. De excerptis Crameri, quae in Barocciano codice extant, cf. infra p. 30 ann.

[3]) lacunas qualescunque codicis D [. . .] ita significavi.

capitis genuini, quale ex officina auctoris prodierit, multo clarior quam antea evadat[1]). Nescivit enim Lambros, vir doctissimus, eam particulam pleniorem a Cramero editam fuisse et ego ignoravi, cum de capite nuper paucis in Museo Rhenano 51, 57 rettuli.

[1]) discrepantias pusillas, quales sunt *ἐργατικός* et *ἐργαστικός* p. 28, 26 vel *Νησαῖοι* et *Νισαῖοι* p. 29, 13, alias consulto non sustuli in contextu.

**C** p. 8. *Ἵππων φύσεις κατὰ ἔθνος.*

1 *Ἀρμένιοι ἵπποι κατὰ σῶμα μὲν εὐμεγέθεις εἰσί, χρεμετιστικοί, πλατύνωτοι, ῥάχιν ὑπέρσαρκοι, ⟨κατὰ⟩ προτομὴν ⟨δὲ⟩ οἱ μὲν ἐπίγρυποι, οἱ δὲ βοώδεις.*

2 *Ἄραβες δὲ οἱ πρὸς τῷ ὄρει τῆς Ἰνδικῆς εὐμεγέθεις, φοίνικες, ὡς ἐπίπαν εἰπεῖν, τὴν χροιάν, ὑψαύχενες, τὴν προτομὴν σύμμετρον καὶ εὔρυθμον ἔχοντες, τὴν κεφαλὴν [καὶ] ἡνωμένην σχεδὸν τῷ τοῦ ἱππέως μετώπῳ. κυδροὶ καὶ δυσγαργάλιστοι, πολὺ τὸ τῆς ἱπποτυφίας ἔχοντες ὑπερήφανον, ὀξεῖς σφόδρα, ποδώκεις, γόνατα ὑγρά, τῇ ὁρμῇ τοῦ δρόμου ὅλους ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες, πηδῶντες κούφως μᾶλλον ἢ τρέχοντες, γοργοὶ τὸ βλέμμα, τὴν ἶριν κεχραμένην καὶ ὑδαρεστέραν ἔχοντες, τοὺς κενεῶνας συνεσταλμένοι καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ἰσχνοὶ καὶ οὐ κεχυμένοι, ⟨τὴν⟩ ῥάχιν κοίλην*
p. 9 *ἔχοντες, πρὸς τὸ καῦμα μὴ ἀπαγο‖ρεύοντες, τῷ ἡλίῳ μᾶλλον χαίροντες, τὴν χαίτην εὐφυεῖς, τὴν δίαιταν εὐτελεῖς, ἐμβριθεῖς τὰ ἄλλα, ἀβιάστως ⟨δὲ⟩ τὰς διαβάσεις ποιούμενοι.*

Ad 1 cf. scriptoris ignoti G p. 261 quae edidi infra p. 31 *Ἀρμένιοι δὲ καὶ Καππάδοκες τὸ Παρθικὸν γένος ἔχουσιν, εἰσὶ δὲ βαρυκέφαλοι μᾶλλον.*

5 *πρωτόμηνοι μὲν* 7 *Ἄρραβες* 11 *προνομὴν* 13 *ἱππέος* 15 *ὑπερήφανόν* O 17 *πηδόντες, πήδοντες* O 18 *τὸ* deest O 19 *ὄριν* (sic) *κεχρατημένην, οὔρινα κεχραταμένην* B 22 *ἔχοντα* O

Aristoph. Byz. hist. anim. epitome ed. La(mbros) p. 147.

(596) *Ἀρμένιοι δὲ σώματι εὐμεγέθεις εἰσὶ καὶ χρεμετιστικοί, πλατύνωτοι δὲ καὶ βοώδεις, ῥάχιν ὑπέρσαρκοι.*

(597) *Οἱ δὲ Ἄραβες οἱ πρὸς τῷ ὄρει τῆς Ἰνδικῆς ὄντες ὑψαύχενοί* (sic) *εἰσι καὶ ποδώκεις, ὀξεῖς καὶ κούφως πηδῶντες, γοργοὶ τὸ βλέμμα, πρὸς τὸ καῦμα μὴ ἀπαγορεύοντες, ἱπποτυφίας γέμοντες ἀληθῶς. φοίνικες δέ, ὡς ἐπίπαν εἰπεῖν, τὴν χρόαν, τὴν προτομὴν σύμμετρον καὶ εὔρυθμον ἔχοντες. τὴν κεφαλὴν ἄν τις αὐτῶν ἴδοι τῷ τοῦ ἱππέως μετώπῳ ἡνωμένην. κ⟨υ⟩δροὶ καὶ δυσγαργάλιστοι, τῇ δὲ ὁρμῇ ὅλους ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες, πηδῶντες κούφως μάλα* (‘*μᾶλλον*’? Lambros) *ἢ τρέχοντες, τὴν ἶριν κεχραμένην καὶ ὑδαρεστέραν ἔχοντες, τοὺς κενεῶνας* [. . .] *ἐγκεχυμένοι, τὴν ῥάχιν κοίλην ἔχον⟨τες⟩*

[. . .]*σις τὴν δίαιταν εὐτελεῖς, ἐμβριθέστατοι* [. . .] *διαβάσεις ποιούμενοι.*

2a (590) *Οἱ δὲ Ἀρκάδες ἵπποι δεινὸν βλέπουσι καὶ τὴν ὀφρῦν αἴρ⟨ου⟩σι* [. . .] *ἡ ῥὶς ἐπαγγελίαν φρυάγματος ἔχει καὶ* [. . .]*τοπιν τῶν ποδῶν· ἀτιμάζουσι δὲ ὑ*[. . .] *αὐ*[. . .]*κοί εἰσι τὴν ὁπλήν.*

3 cf. Heliod. VII 29 28 *καὶ ἡ οὐρὰ σοβεῖται κατόπιν* latere putat La 29 *ὑπ᾽ αὐτοὺς* (sc. *τοὺς πόδας*) *ὑποδεῖσθαι, ἐπεὶ καρτερικοί* supplet La

3 Βαρκαῖοι μήκιστοι τὰ ἐκ τοῦ κενεῶνος εἰς τὰς ὠμοπλάτας. τούτοις μόνοις ἵππων ἡ φύσις μείζους ἐδωρήσατο πλευράς, σπάθας γὰρ ἔχουσιν δεκατρεῖς, τῶν ἄλλων ἵππων ἐχόντων δώδεκα.

4 Δαλμάται Ἀρμένιοι εἶναί μοι δοκοῦσι καὶ Φρύγες. εἰσὶ δὲ ἐμβριθεῖς, τὴν ῥάχιν κοίλην ἔχοντες, διὰ δὲ τῶν ἰσχίων πλατεῖς, ἡμερώτατοι καὶ εὐπειθέστατοι μέγιστοί τε καὶ κάλλιστοι καὶ τῷ φρονήματι ἀνδρειότατοι. οὐ μὴν γίνονται πολλοὶ τοιοῦτοι.

5 Θετταλοὶ

μέγεθος μέν εἰσι σύμμετροι, πλευρὰς ἀσαρκότεροι, γαστέρα [οὐκ] ἰσχνώμενοι, τὸν κενεῶνα βραχεῖς, τράχηλον περιφερεῖς, ὀξεῖς τὴν καθέδραν, τὰ νῶτα ἰσοτενεῖς.

6 Κενταύρειοί τινες ἵπποι καλοῦνται ἐν Θετταλίᾳ, ὧν ἡ ῥάχις μετρίως κεκοίλωται εἰς ἀσφαλῆ κάθεδραν τοῦ ἱππέως.

7 Γάλλοι φίλυδροι, θυμώδεις, φιλότιμοι καὶ φιλόνεικοι.

8 Ἴβηρες μικροὶ καὶ θηρατικοί, πιστεύον-

(598) Ἵπποι δὲ [. . .] τὰ ἐκ τοῦ κενεῶνος εἰς τὰς (cod. τοὺς) ὠμοπλάτας πολυ[. . .]

⟨δεκ⟩ατριῶν πλευρῶν ὄντες, τῶν ἄλλων δώδεκα ἐχόντων.

(599) Ἐ[. . .]αι ἵπποι

ἐμβριθεῖς εἰσι καὶ ἡμερώτατοι καὶ ἀ[. . .] κάλλιστοι, τὴν ῥάχιν κοίλην ἔχοντες διὰ δὲ τῶν ισχ[. . .]οντες, πλατεῖς, μέγιστοι καὶ τὸ φρόνημα κυδρότατοι. οὐ μὴν γίνονται πολλοὶ τοιοῦτοι.

Οἱ Θετταλοὶ ἵπποι δεινοὶ μὲν εἰς τὸ συνελάσαι θηρίον, ἀγαθοὶ δὲ εἰς ἅμιλλαν, ἐριστικοὶ γάρ. μέγεθος δέ εἰσι σύμμετροι, τὰς πλευρὰς ἀσαρκότεροι, γαστέρα ἀνεσταλμένοι, τράχηλον περιφερεῖς, ἐξ ἧς† τῇ καθέδρᾳ, τὰ νῶτα ἰσοτενεῖς.

Κενταύρειοι δέ τινες ἵπποι καλοῦνται ἐν Θετταλίᾳ, ὧν αἱ ῥάχεις μετρίως κεκοίλανται εἰς ἀσφαλῆ καθέδραν τοῦ ἱππέως.

(609) ἵππων δὲ φ[. . .]ὧροι, φίλυδροι, θυμοειδεῖς, φιλότιμοι σ[. . .]φ

Ἰβήριοι δὲ ἵπποι μικροὶ καὶ θηρατικοί,

---

Ad 3 cf. Oppiani Cyneg. I 294 sqq. de Libycis equis:
Μείζονες εἰσιδέειν Λίβυες κρατεροὶ γεγάασιν,
Ἀλλὰ δέμας δολιχοί· πλευρῇσι γὰρ ἀμφὶς ἔχουσι
Τῶν ἄλλων πλέονα σπαθίην κτένα· τοὔνεκέν εἰσι
Πάσσονες εἰσιδέειν καὶ κρείσσονες ἰθὺς ὀρούειν κτλ.

Ad 6 cf. Grattius Cyneg. 532
Spadices vix Pellaei valuere Cerauni.

Ad v. 23 cf. Oppiani Cyneg. I 278
. . . Πάρθοισι μέγα προφέρουσιν Ἴβηρες
Ὠκυτέροισι πόδεσσι κροαίνοντες πεδίοιο
. . . . . . . . . . . . . .
284 Τόσσον Ἴβηρες ἔασι θοοὶ πόδας ἠνεμόεντας.
Ἀλλ' ὀλίγοι βαιοί τε μένος καὶ ἀνάλκιδες ἦτορ
Καὶ δρόμον ἐν παύροισιν ἐλεγχόμενοι σταδίοισιν.
Εἴδεα δ' ἀγλαόμορφα κλυτὸν δέμας ἀμφιέσαντο,
Ὁπλὴν δ' οὐ κρατερήν, πηλότροφον, εὐρυπέδιλον.

---

1 Βαρκέοι  2 τοὺς  4 ἔχουσι O  6 Δαλμᾶται | de equorum cognatione cf. infra p. 31, 4  7 ἐμβρηθεῖς, ἐμβριθεῖς O  14 σύμμετρον  15 πλευρὰ O | ἰσχνώμενοι pro genuino ἀνεσταλμένοι 'aufgeschürzt' ut nostrates de macro equi ventre, οὐκ igitur delendum  17 ὀξεῖς τὴν καθέδραν L: ἐξεῖς τῇ καθέδρᾳ CO, ἰξὺν εὐκάθεδροι coni. La. | ἰσοτενεῖς L: ἰσοτελεῖς CO  18 Κενταύριοι  19 κεκοίλαται O  20 ἱππέος  21 Γάλοι, Γάλλοι O

2 πολυ si recte traditum, verbum velut διαφέρουσι adiciendum esse videtur  4 ⟨δεκ⟩ suppl. L  6 Ε ex Δ vel οἱ corruptum esse docet C  8 ἀ⟨ναβαίνεσθαι⟩ La, vix recte, quoniam εὐπειθέστατοι C  9 ἰσχ⟨ίων προβαίν⟩οντες La, displicet verbum  10 κυδρότατοι ac non ἀνδρειότατοι genuinum esse videtur, nam illud iam legimus p. 26, 14 magisque poeticum est, cf. ἀγχέμαχος infra p. 28, 18, ἀγέρωχος p. 29, 18 alia. Neque fortuitum est, quod verbum in pedestri oratione non legitur nisi apud Xenophontem de re equestri 10, 16  16 lege cum L ὀξεῖς τὴν καθέδραν  18 Κενταύριοι  21 verba in D ad finem capitis tradita, ubi equi Siculi describuntur, cf. infra p. 29, 26: de proprio equorum genere agi ex D nemo cognoscere potuit  22 σώφρονες supplet La

p. 10 *ται* || *δ' οὗτοι ἀπ' ἀγρίων ἵππων γεγονέναι. λεῖοι, μικροὶ ὡς ἄτροφοι, θηρατικοί, ὀξεῖς πρὸς δρόμον, βαδίσαι δὲ ἀφυεῖς.*

9 *Καππάδοκες Ἀρμένιοί μοι εἶναι δοκοῦσιν καὶ Φρύγες. κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς Δαλμάταις εἰσὶν παρ' αὐτοῖς ⟨ὡς⟩ ἐπὶ πολὺ τοιοῦτοι γινόμενοι.*

9a

10 *Λύδιοι μεγάλοι τα σώματα καὶ κάλλιστοι, τὴν κεφαλὴν προμήκεις, εὐρύστερνοι, ὄμμα μαλακοί, τὴν ἶριν οἰνωποί, εὔκομοι, τὴν οὐρὰν λάσιοι, τὸ ἦθος ἀπειθεῖς καὶ ἐριστικοί, δυσχείμεροι, ἁπαλοὶ τὴν σιαγόνα, ἀγχέμαχοι, . . . ἀγαθοὶ καὶ ζυγὸν ὑποδῦναι ἄριστοι.*

11 *Λίβυες ὀφθῆναι μὲν ἀπρεπέστατοι καὶ μικροὶ τὰ σώματα εὔδρομοί τε καὶ λιτοί, κάτω βλέποντες, ἀχαλίνωτοι γάρ εἰσι, φέρουσι γὰρ† καὶ ἀχαλίνωτοι εἶναι.*

12 *Λευκανοὶ φαῦλοι, μικροὶ τὸ σῶμα, δυσειδεῖς τὸ χρῶμα,*

*ὑπὸ ζυγὸν δὲ ἐργατικώτατοι.*

13 *Μῆδοι μέσοι τὸ μέγεθος, ὦτα μικρά, κεφαλὴν οὐχ ἱππικὴν ἔχοντες, οὐ φοβεροί,*

*πιστεύονται δὲ οὗτοι ἀπ' ἀγρίων ἵππων γεγονέναι. λεῖοι δέ, ὀξεῖς πρὸς δρόμον, βαδίσαι δὲ ἀφυεῖς.*

*Καππάδοκες δὲ Ἀρμένιοι εἶναί μοι δοκοῦσιν καὶ Φρύγες. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ τοῖς Δαλμάταις εἰσὶ πάντες, ὡς ἐπὶ πολὺ τοιοῦτοι γινόμενοι.*

(591) *Κυρην⟨αῖοι⟩ δὲ ἵπποι ⟨πεφύκασιν⟩ εἰς ἅρματα καλοὶ καὶ ξυνωρίδας.*

(600) *Κυρηναῖοι δὲ ἵπποι ξανθόχροοί εἰσι καὶ καλοί, ῥάχιν καὶ ὀσφὺν ἐντονώτατοι καὶ λιπώδεις.*

(601) *Λύδιοι δὲ ἵπποι μεγάλοι τὰ σώματά εἰσι καὶ κάλλιστοι, τὴν κεφαλὴν προμήκεις, εὔστερνοι, τὴν οὐρὰν δασεῖς, [ἐριστικοί], ὄμμα μαλακοί, τὴν ἶριν οἰνωποί, εὔκομοι, τὸ ἦθος ἀπειθεῖς ⟨καὶ ἐριστικοί⟩, δυσχείμεροι, ἁπαλοὶ τὴν σιαγόνα, ἀγχέμαχοι, . . . ἀγαθοὶ καὶ ζυγὸν ὑποδῦναι ἄριστοι.*

(588) *Λίβυς δὲ ἵππος ὀφθῆναι μὲν ἀπρεπής, εὔδρομος δέ, ὥσπερ εἴρηται, φέρει† δὲ οὗτος καὶ ἀχαλίνωτος εἶναι.*

(602) *Λευκανοὶ δὲ ἵπποι φαῦλοι, μικροὶ τὸ σῶμα, δυσειδεῖς τὸ χρῶμα, αἰσχροὶ τὰς ὄψεις, ὑπὸ ζυγὸν δὲ ἐργαστικώτατοι.*

(604) *Μῆδοι δὲ ἵπποι μέσοι εἰσιν, ὦτα δὲ*

---

13 aliter G 261 (infra p. 31, 3) *οἱ Μῆδοι τῷ μεγέθει ὑπερβάλλοντες*

---

2 *μικρῶς ἄτροφοι* | *θερατικοί* O  4 *Καππαδόκαι*  5 cf. supra p. 27, 6  6 *παρ' αὐτοῖς* corruptum: *πάντες* recte D  13 *σώματα σκελιστοί*: corruunt ergo quae L. Dindorfius in Thesauro s. v. *σκελιστής* hac Crameri lectione nisus de eius voculae notione disseruit  14 *προσμήκεις*  15 *ἶριν ἰνοποιόν, ἰνοποιόν* deest O  16 *τὴν οὐρὰν λάσιοι* glossam esse iniuria putavit Cra | *ἦθος*: *εἶδος*  17 *σταγόνα* O  18 *ἀγχίμαχοι* | puto iuxta *ἀγαθοί* excidisse significationem rei in qua boni fuerint equi | *ὑποδοῦναι* C et O  21 rectius *δέ*  22 *ἀχαλίνωτοι γάρ εἰσι* ut dittographia delendum esse videtur et *φέρονται* corrigendum: Cra del. *φέρουσι* — *εἶναι* tamquam glossam  25 *δυσώδεις*

8 *πεφύκασιν* in loco corroso  15 *εὔστερνοι*: genuinum sane *εὐρύστερνοι* | *ἐριστικοί* 'loco vix aptum, conicio *περίστικτοι*' La, recte de loco dubitavit, sed iniuria mutavit ipsam vocem, cum in D *εὐπειθεῖς* post paulo legeret  17 *εὐπειθεῖς*  18 *ἐγχέμαλοι*: iam correxit La  22 malim *φέρεται* neque intellego, quomodo La contextum interpretetur; memorabile autem, quod uterque testis eadem macula inquinatus est

*πρὸς δὲ τὸ καῦμα ἀπαγορεύοντες διὰ δύσ-* p. 11 *πνοιαν* ‖ *ῥᾳδίως.*

14 *Μαυρούσιοι*

*ἀνέκπληκτοι πρὸς δόρατα καὶ σάλπιγγας, ὠκύτατοι, εὐάγωγοι, ῥάβδῳ γοῦν κατιθύνονται διὰ τό πείθειν, ἥκιστα δὲ βουλιμιῶσι καὶ δίψης ἀνέχονται.*

15 *Νησαῖοι*

*μέγιστοι τὸ σῶμα, ὑγρότατοι, ὑψαύχενες, εὔσαρκοι, εὐπειθεῖς, τοῖς ποσὶ τὴν γῆν κροτοῦντες.*

16 *Ὀδρύσαι Θρᾳκῶν ὀλίγον βελτίους, μεγάλοι τὸ μέγεθος, χαλεποὶ τιθασσεύεσθαι, δηκτικώτατοι, ἄρρηκτοι τὰς ὠμοπλάτας.*

17 *Σικελοὶ ταὐτὸν ἂν ἦσαν τοῖς Λευκανοῖς, ἀχθέντες δὲ ἄμφω καλοὶ γένοιντο ἄν.*

18 *Σαυρομάται ἄριστοι, μείζους Ἰβήρων εἰσίν, οὐ μὴν εὐσαρκότεροι, ἀνάγωγοι δέ.*

Ad 14 cf. Oppiani 289
*Μαύρων δ' αἰόλα φῦλα πολὺ προφέρουσιν ἁπάντων,*
*Ἀμφὶ δρομοὺς ταναούς τε καὶ ἀμφὶ πόνους ἀλεγεινούς.*
Nemesiani Cyneg. 267 (de Maurusio equo)
Paret in obsequium lentae moderamine virgae,
Verbera sunt praecepta fugae, sunt verbera freni.

12 *βουλημιῶσι* 13 *Νησαῖοι* non deterius quam *Νισαῖοι* 21 *Ὀδρύσαι*: *ἀδροί*, qua corruptela inculcata librarius cum nesciret novam particulam incipere, quae usque ad *ὠμοπλάτας* insecuntur verba ad *Νισαῖοι* pertinere arbitratus est. Cra non recte *Ἀδριοὶ* scil. 'Veneti equi' legi voluit 25 *γένοιτ'* (sic) 29 *εὐσαρκώτατοι*

*ἔχουσι μικρά, καὶ πρὸς καῦμα ἀπαγορεύουσι δυσπνοίᾳ.*

(594) *Ἵπποι δὲ Μαυρούσιοι εἴτ' οὖν Λιβυκοὶ πηδήματί εἰσιν εὔκολοι, εὔκοιλοι† τὴν ὀσφὺν καὶ ἰχνευτικοὶ καὶ σχολαίῳ βαδίσματι θηρευτικῷ ἁμιλλώμενοι τοῖς κυσὶ καὶ τὰς ἐκτροπὰς τῶν θηρίων ἐποπτεύοντες καὶ σοφῶς καὶ ἀφόβως διώκοντες αὐτά. ἀνέκπληκτοι δέ εἰσι πρὸς δόρατα καὶ τὰς σάλπιγγας, ὠκύτατοι δὲ καὶ εὐάγωγοι*

*δίψης ἀνεχόμενοι, ἥκιστα βουλιμιῶντες.*

(593) *Οἱ δὲ Νισαῖοι ὡραῖοί εἰ⟨σι, καὶ τῷ σώ⟩ματι τοὺς ἄλλους ὑπερφέρουσι, καὶ εἰσὶ καλοὶ τῷ χαλινῷ καὶ θράσος ἐν δεινοῖς πολέμοις κτῶνται καὶ παραγγελμάτων ἀκροαταὶ εἶναι παιδεύονται καὶ σάλπιγγι διεγείρονται καὶ εἰσὶν ἀγέρωχοι, μέγιστοι δὲ τὸ σῶμά εἰσι· καὶ ὑγρότατοι, ὑψαύχενες, εὔσαρκοι καὶ τοῖς ποσὶ τὴν γῆν κροτοῦντες.*

*Ὀδρύσαι δὲ Θρᾳκῶν ὀλίγον βελτίους, μεγάλοι τε μεγέθει, χαλεποὶ τιθασεύεσθαι, δηκτικώτατοι, ἄ⟨ρρ⟩ηκτοι τὰς ὠμοπλάτας.*

(608) *Σικελοὶ δὲ ἵπποι ταὐτὸν ἂν ἦσαν τ⟨οῖ⟩ς [. . .] ἄμφω καλοὶ γένοιντο ἂν καὶ ἄριστοι ἵππων δὲ φ[. . .]* (quae secuntur ad equos 'Gallos' pertinent, cf. supra p. 27, 21).

(604) *Σαυρομάται δὲ ἵπποι μείζους τῶν Ἰβήρων εἰσίν, οὐ μὴν εὐσαρκότεροι, ἀνάγωγοι δέ εἰσιν.*

Ad 3 cf. Oppiani 293 (de Mauris et Libycis equis)
*Εἴδεα δ' ἀμφοτέροισιν ὁμοῖια, πλὴν ὅσον αὖτε*
*Μείζονες εἰσιδέειν Λίβυες κρατεροὶ γεγάασιν, κτλ.*
quae secuntur adnotavi supra p. 27, 1 ad Barcaeos.

4 Nemesianus 263 'deformis et alvus' | *εὔκοιλοι*: *ἔγκοιλοι* La 13 supplevit La 21 *Ηδρυσαι*: corr. La 23 *ἄψηκτοι* La, verum iam coniecerat Diels 24 suppl. La

18a (592) *⟨Ο⟩ἱ ἐ⟨ν Σκυθίᾳ εἰς πόλ⟩εμόν εἰσι καλοί· θαρσεῖ γὰρ καὶ οὐ δέδιε καὶ ⟨τῷ ἀναβάτῃ συμ⟩πάσχει καὶ πεσόντι παροκλάζει· φιλάνθρωπον γάρ ⟨ἐστιν ἵππος⟩ Σκύθης.*

18b (595) *Τευθρανίας δὲ καὶ Λέσβου ἵπποι θυμοῦ ἐπαγγελίαν καὶ ὅπλων κτύπους συνιᾶσιν.*

5 *Πευθρανίας* (sic)

19 *Ὑρκανοὶ ἐξόφθαλμοι, σκιρτητικοί, τὸν ἀναβάτην εἰ πέσοι περιμένοντες, ὑγροσκελεῖς, πολεμικοί, ἁμιλληθῆναι δυνάμενοι, χειλοσιτοῦσι* δέ, μᾶλλον κριθοφάγοι ἢ πυροφάγ⟨οι, φαγ⟩οῦσιν* ὅτι τῇ πόᾳ καὶ τῷ χόρτῳ πρόσεστιν. ὁ πῶλος πλήρης ἀλφῶν. γένοιντο δ' ἂν τινες κάλλιστοι παιδοτρόφοι.*

8 *Λυρκανοί*: *Ὑρκανοὶ* O | *ὀξόφθαλμοι* (sic) O 9 *ὑγροσ̣ελεῖς* (x superscr.) (sic) O 11 *πυρροφαγοῦσιν, πυρροφαγοῦσι* O 13 *πρόσεστι* O | *ἀλγοὶ γένοιτο* (sic), *ἀλγει γενοιτο* (sic) O: scripsi *ἀλφῶν* 'macularum albarum'

In C equorum genera secundum litterarum ordinem constituta prodeunt, nisi quod *Γάλλοι* et *Ἴβηρες* falso loco apparent, quamquam *Κενταύρειοι* et ipsi Thessali esse dicuntur. In D vero hodie series nominum omnino nulla est — quid quod ibi *Κυρηναῖοι* bis diversis locis tractantur? Tamen cum etiam hic complura equorum genera (596—604) sese secundum litteras excipiant, non dubium esse videtur, quin C ordinem genuinum servaverit. D maiores temporum iniurias passus est, cum C ubique brevitatis studiosus interdum quae ei superflua esse viderentur consulto omiserit, cf. 1, 14, 15. De scriptore, ad quem caput redeat, vix scrupulus oriri potest: est, sicut Lambrosius praef. XII intellexit, Timotheus Gazaeus, cuius de animalibus operis plurima fragmenta alteri Aristophaneae epitomae libro assuta esse constat. Nam in excerptis Timothei Augustanis, quae ab Hauptio edita sunt, superest capitis argumentum (epit. XXVII, Hauptii opusc. III 289, 18): *ὅτι ἀπὸ διαφόρων ἐθνῶν εἰσὶ διάφοροι ἵπποι κατ' ἀρετήν*[1]). 'Oppianus' vero, ad cuius Cynegetica I 158—367 Lambrosius nos relegat, quoniam Timotheus poetae illius simia sit, de equorum generibus longe diversa profert, ac ne iis quidem locis, quos supra attuli (3, 8, 14), plane cum nostro consentit. Idem etiam magis de Aeliano et ipso a Lambrosio allato dicendum est, quippe qui h. a. 3, 2 paucula de solis equis Libycis et Medis balbutire satis habeat.

Caput ad antiquorum equorum genera accuratius quam adhuc factum est cognoscenda et inter se distinguenda utilissimum erit. Etenim qui adhuc de hac re scripserunt viri amplissimi, cum Hehnius (Kulturpflanzen und Haustiere [6] p. 19—55, quae sane alio tendunt) tum Schliebenius ('Die Pferde des Alterthums' p. 91—114), a Vegetio VI 6 profecti sunt, quamquam is de undecim equorum nationibus nil tradit, nisi utrum magis proeliis aptae sint an circo an sellis, duarumque (Persicarum et Hunniscarum) formas accuratius describit, cf. supra p. 11. Paulo uberiora praebet

[1]) Forte fortuna factum est, ut Timothei excerpta e codice Barocciano a Cramero edita An. Ox. IV 263 ibi a capite proposito non seiuncta sint nisi paucis Physiologi frustulis p. 258—263. Cf. p. 25 ann. 2 supra.

scriptor ignotus G 261, cuius verba et ipsa adhuc fere plane neglecta appendicis loco apponere iuvat, ut cum Timothei capite comparare possis. Scito autem me, ubi nihil adnotavi, hippiatricorum codicem B(erolinensem, cf. supra p. 5 ann. 1) in textu constituendo secutum esse. Suppletur autem B per L(ondinensem, vide supra p. 25), fol. 26b sqq., cuius additamenta his uncis ⟨ ⟩ significabo.

1 *οἱ Πάρθοι μεγάλοι καὶ εὐμεγέθεις θυμοειδεῖς τε καὶ εὐγενεῖς τῷ εἴδει, τοῖς ποσὶ χρηστοὶ διαφερόντως.*

2 *οἱ Μῆδοι τῷ μεγέθει ὑπερβάλλοντες.*

3 *Ἀρμένιοι δὲ καὶ Καππάδοκες τὸ Παρθικὸν γένος ἔχουσιν, εἰσὶ δὲ βαρυκέφαλοι μᾶλλον.*

4 *Ἱσπάνιοι δὲ μεγάλῃ τῇ ἕξει τοῦ σώματος εὔρυθμοι, ὄρθιοι, εὐκέφαλοι, ⟨τῇ ῥάχει διπλοῖ⟩, ἔντονοι, οὐκ εὐΐσχιοι,, ἰσχυροὶ ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις καὶ μὴ ἰσχναινόμενοι τῷ σώματι, ⟨ἀνδρειότατοι⟩, ἄδρομοι δὲ καὶ ἄκεντροι ἐν τῇ ἱππασίᾳ. εἰσὶν δὲ καὶ εὐήθεις ἀπὸ τῆς γενέσεως ἄχρι τοῦ καταρτισμοῦ, τὸν λοιπὸν δὲ χρόνον πονηροὶ καὶ δῆκται.*

5 *Ἑλλαδικοὶ δὲ εὔποδες, εὐμεγέθεις, εὐκέφαλοι, ὄρθιοι τὴν προτομὴν καὶ εὔρυθμοι, οὐκ εὐΐσχιοι, θυμοειδεῖς ⟨δὲ⟩ καὶ δρομικοί. ἐν ὅλῃ δὲ τῇ Ἑλλάδι διαφέροντες οἱ Θετταλοί.*

6 *οἱ Ἠπειρωτικοὶ πονηροὶ καὶ δῆκται.*

7 *Θρᾷκες δὲ αἰσχροὶ καὶ δυσειδεῖς, ξυλόσωμοι†, κάτωμοι, κυρτοὶ τῇ ῥάχει ⟨λεπτοτράχηλοι⟩, βλαισοί, κακοπερίπατοι, ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τῷ δρόμῳ.*

8 *Κυρηναϊκοὶ δὲ εὐμεγέθεις, ἀνεσταλμένας τὰς λαγόνας καὶ μικρὰς ἔχοντες, διὸ καί εἰσι δρομικοί, εὔποδες, μακρότεροι τῷ πνεύματι ἐν τῇ ἱππασίᾳ.*

9 *Ἴστριοι δὲ εὔποδες, εὐμεγέθεις, αἰσχροὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ῥάχει ἄτομοι καὶ κοῖλοι, δρομικοὶ δέ ⟨καὶ εὔτονοι⟩.*

10 *Τὸ δὲ Σαρματικὸν γένος οὐκ ἀηδές, ἀλλ' εὔρυθμον ἐν ἰδίῳ γένει καὶ δρομικόν, ἁπλοῦν δέ, εὐκέφαλον, εὐτράχηλον, εὐμέγεθες.*

11 *Ἀργολικοὶ δὲ εὔποδες, οὐκ εὐΐσχιοι δέ, εὐκέφαλοι, τῇ ῥάχει ἄτομοι καὶ κοῖλοι, εὐμεγέθεις καὶ βραχεῖς.*

12 *Τοὺς δὲ ἀετογεννεῖς τῶν ἵππων ἐν τοῖς ὤμοις καὶ τῷ κόκκυγι παραλαμβάνουσιν οἱ Σαρμάται ὡς ἀγαθούς. εἰσὶ δὲ καὶ δρομικοὶ παρ' αὐτοῖς, διὸ καὶ χρῶνται αὐτοῖς ἐν ταῖς καταδρομαῖς καὶ πολέμοις.*

---

6 *Σπάνιοι* L 7 *ἔντομοι* 10 *προνομὴν* L 11 *οἱ Θετταλοὶ δὲ διαφέροντες τῶν Ἑλλαδικῶν. οὗτοι μέγεθος μέν εἰσι κτλ.* L, cf. frg. VIII supra p. 27, 12 18 *εὔτονες* L 19 *Σαυρομάται κτλ.* L 20 *δρομικοί, εὐκέφαλοι, εὐτράχηλοι εὔσαρκοι καὶ τὴν ἡλικίαν σύμμετροι* L

Atque ut poetas attingam, qui nonnulla equorum genera descripserunt, de ʻOppianoʼ, qui primum occupat locum, iam dixi. Nemesianus autem laude dignus est, quoniam haud imperite Cyneg. 251—280 de equis Hispanis et Maurusiis fecit verba. At plane removendus est Grattius, a quo quae in extremo carmine Cyneg. 497—540 de equorum nationibus traduntur, nullius pretii sunt: non modo refragantur ceteris auctoribus sine iusta causa, sed etiam lacunosa et mutila sunt, quandoquidem ista carminis pars non perfecta est a poeta, sed primis quasi lineamentis adumbrata extat.

Druck von W. Pormetter in Berlin.